AS

Digitized by Google


par feu Mr le Professeur
·RIVIER
Consul général à Bruxelles
·1898·
JB SIBER


LIBERTÉ
ET
PATRIE
DON FAIT À LA
Bibliothèque Cantonale



JOH: FR: BÖCKELMANNI J.C:

COMPENDIUM.

INSTITUTIONUM IMP: JUSTINIANI.

LUGD: BAT:
Apud FELICEM LOPEZ
cIↄ Iↄc LXXXI.

JOHANNIS FRIDERICI
BÖCKELMANNI JCti

COMPENDIUM
INSTITUTIONUM CÆS. JUSTINIANI.

SIVE

ELEMENTA JURIS CIVILIS
In brevem & facilem ordinem redacta.

Editio noviſsima ab Auctore recognita, Indice duplici aliiſque multis locis aucta & emendata.

ne sort pas. T 2974.



BIBLIOTHEQUE

LUGDUNI BATAV.
Apud FELICEM LOPEZ.
M DC LXXXI.

ILLUSTRISSIMO COMITI
ET DOMINO
D. ARNOLDO
MAURITIO
GUILIELMO
COMITI BENTHEMII, TE-CLABURGI, STEINFURTI ATQUE LIMBURGI, DOMINO RHEDÆ, WEVELINGHOVII, HOJÆ, ALPENII ET HELFFENSTEINII;

PRÆFECTO COLONIENSIUM HEREDITARIO,

Domino ſuo Clementiſſimo.

ET

Nobiliſſimo Clariſſimoque

VIRO,

D. SEBASTIANO SCHEPERS ICto,

Et Reipub. Rotterodamenſis Syndico.

Amico ſuo plurimum honorando.

JOHANNES FRIDERICUS BÖCKELMANNUS S. D.

Quem tibi mitti jubebas, Illuſtriſſime Comes, ſimul atque in publicum datus eſſet, libellum, non mitto tantum, ſed & Illuſtri Nomini tuo dico conſecroque: tum, ut ſit fidei obſervantiæque

meæ

meæ in Illuſtriſſ. Gentem Benthemicam & cum primis in Te natalis mihi ſoli Dominũ documentũ; tum, ut ſit qualecunque ἀντίδωρον pro ſummis plurimiſque beneficiis & honoribus, quæ clementiæ Illuſtriſſimorum Benthemicorum Comitum noſtra in acceptis fert familia, ab avi mei, (Cancellarii olim Veſtri) ætate in hunc diem fide obſequioque Vobis devincta; tum, ut tua auctoritas contra ſeculi invidiam tueatur libellum, è quo Juris Civilis principia petebas, quando, raro morum ſtudiorumque exemplo, non in amorem tantum, ſed & admirationem divini ingenii tui nuper rapiebas Academiam Leidamque omnem. Nunquam mihi auguſtius, nunquam

ſplendidius viſum eſt auditoriũ meum, quam Te, Illuſtris Domine, publici privatique Juris auditore, qui quantum Illuſtriſſimi generis præſtantia anteibas omnes, tantũ virtute atque ſtudiorum felicitate præſtabas ſingulis, ut ingenue mihi fatendum fuerit, innumeros inter optimosſque juvenes, qui totis viginti annis mihi in diſciplinam traditi ſunt, nullum me noviſſe ingenii felicioris, imo pauciſſimos æque felicis. Inter quos Tu quidem, Clariſſ. Syndice, ſemper etiam excelluiſti, ejuſque rei luculentis datis ſpeciminibus, & ab Academia ſummos Juriſperitorum honores Majorum more tibi decretos, & à patria Civitate dignam virtute atque eruditione

ne fortunam es conſecutus. Ejuſmodi vero ingeniis meam docendi rationem probatam eſſe, uti & lætor & ſerio triumpho, ita nullum mortalium in communionem Juris ſocietatemque tutelæ hujus libri cum Illuſtri Benthemico Heroë adſciſcere potui opportunius, quam Te, Vir Nobiliſſime, qui ita aliquando in hoc compendio verſatus es, ut nemo unquã id intellexerit melius, nemo calluerit rectius, pluris fecerit nemo; quique tua ſingulari benevolentia & amore, quo me ſemper conplexus es atque nunc etiam complecteris, ita me obſtrictum habes, ut mei animi, qui Te ſemper fecit facietque plurimi, publica aliqua debuerit extare ſignificatio. Acci-

pe

pe ergo, Illuſtriſſime Comes, qua ſoles Clementia, hoc fidei obſequiique mei argumentum, & Tu Vir Nobiliſſime hoc noſtri amoris ſignum æqui bonique conſule. Deum autem Opt. Max. precor, ut dignam Vobis & vitam det, & felicitatem, ſpemque utriuſque Germaniæ de Vobis velit eſſe ratam. Valete.

Dabam Lugduni Batavorum. Idibus Sextil. M. DC. LXXIX.

PRÆFATIO

De viis & deviis quibus ad diſcendum Jus Civile itur.

JOHANNES FRIDERICUS BÖCKELMANNUS

Inſtitutionum Auditoribus ſuis cæteræque cupidæ legum Juventuti

S. D.

Si cujuſpiam ſcripti rationem reddendi mihi unquam fuit neceßitas, Juvenes Ornatiſſimi, certe hujus eſt libelli, quem privatum diſcipulorum aliquot meorum conſcriptum in uſum, nec dignum viſum mihi, qui emitteretur in lucem, neſcio quæ fata præter ſpem opinionemque meam in omnia alia & diverſa traxere. Communicaveram illum quidem cum pauciſsimis juri primum initiatis, ſed his amicis ſuis, iiſque iterum aliis, aliiſque aliis copiam ejus ſacientibus, exemplaria magno numero

mero

mero pretioque deſcribi, & per omnium manus, quin & ad vicinas Academias nomine Compendii volitare cœpere. Multi librum laudare, & quaſi filo Ariadneo invento gaudere, alii ne caſſa nuce æſtimare, alii ringi, tamque indignus modis in eum invehi, ut nihi ædilitatem ſine ſuffragio exercuiſſent, mihi omniumque compendiorum Auctoribus ceu Juventutis corrumpendæ Ducibus cum Socrate cicuta bibenda fuiſſet. Jamque non trivia & compita, ſed etiam ſanctiores ſapientiæ luci locique perſonabant ineptis contra id genus ſcriptorum clamoribus. At mihi ita contra invidiam diu obſirmatum eſt pectus, ut (quod lege Decemvirali licebat) ad porticum obvagulatum non venerim, nec verbulum repoſuerim Stentoribus, quos ſuus ſatis livor ulciſcitur & ſtupor. Ne nunc quidem vindicias ſecundum compendiariam inſtituendi poſtulo artem, quam ratio uſuſque & auctoritas omnium ſapientum, qui olim docuere, quique nunc aliquo cum ingenio docent & arte, in dubium vocari non ſinunt. Quando tamen nec per munus, quod ſuſtineo, publicum, nec per fidem, quam debeo Reipublicæ,

blicæ, Academiæ & Vobis, Juvenes Ornatiſſimi, non poſſum committere, ut non oſtendam vobis ſcopulos ad quos ego aliique innumeri Juris ſtudium, ceu vaſtum ingreſſi Oceanum ſæpius naufragium fecimus, conſentaneum putavi, ſi hoc loco paucis vobiſcum agerem De Jure Civili, quoque id nunc eſt ſtatu; tum de cauſis, per quas alii ſerius, plerique nunquam ad ſolidam ejus ſcientiam perveniunt; denique de ratione & via qua facili negotio & tempore non multo plurimos artis ejus peritos evaſiſſe, & Vos, ſi velitis evadere, poſſe, viginti & amplius annorum uſu compertum habeo. Equidem inter omnes artes, quas veteres ſapientes maxime neceſſarias utileſque judicarunt tuendæ tum univerſæ Reipubl. tum ſingulorum civium ſecuritati, paci, fortunæ, excelluerunt procul dubio juris & armorum; quarum illa in otio toga & univerſam Rempubl. ceu vinculum continebat, & ſingulorum civium ſpes, famam, vitam, poſteros ſervabat; hæc in præliis & tumultu ſago, rem populi ſalvam præſtabat, augebat, ornabat. Utramque illam Romani orbis domini mirabili indefeſſoque

defeſſoque ſtudio coluere, ut nec meliores belli Duces & milites, nec feliciores Juris Conditores & interpretes ulla gens ætaſve viderit; utque veram Juris artem ex Romanorum inſtitutis, ceu ex naturali fonte nunc petat omnis Natio, cui cura eſt legum & rectior Reipubl. adminiſtrandæ ratio.

Honor multus & jura ſingularia pompa quadam triumphali conferuntur in eos, qui Juris hujus peritiæ ſolennia ſpecimina dedere, ut ad neceſſarium ſtudium infelicibus aliquot ſæculis neglectum & ignoratum, diligentius excolendum plures invitentur. Unde conſit, ut nobiliſſima hæc diſciplina nunc omnium plurimos habeat non tantum Studioſos, ſed & Magiſtros annulatos quidem & honorarios, at pauciſſimos, qui vel præcepta ejus explicare, vel in uſum Reipubl. vertere queant. Jamque juſtiſſime veremur, ne aliquando barbaries poſtliminio ad Scholas noſtras redeat & fora, neve illa divina ars, ſancte & curioſe quondam in feliciſſima Rerumpubl. habita (quod fatum Romana armorum multaque præclaræ aliæ veterum paſſæ ſunt artes) ita intermoriatur, uti veſtigium

ejus

ejus vix ſuperſit. Eo enim jam res rediit, ut vix centeſimus eorum qui juris peritiam & honores profitentur id pernoverit. Cujus quidem ignorantiæ cauſa maximam partem culpa eſt diſcentium, qui vel illotis manibus & non ſatis inſtructi diſciplinis neceſſariaque ſupellectile ad hæc ſacra veniunt, adeoque ea capere non poſſunt, etſi velint; vel laborem juſtum ſubire nolunt, cum poſſent: ſed & culpa eſt ex parte docentium: quorum alii ſuæ gloriæ quam commodis Studioſorum intentiores ad oſtentationē docent; alii diſcipulos obruunt rebus, quidem ſæpe non malis, ſed gravioribus & pluribus quam fert tyronum conditio; alii ſuopte ingenio obſcuriores & difficiliores ſunt, quam ut diffuſum jus quod ipſimet didicere difficillime, aliis tradere queant facile. Certe rari ſunt qui artem hanc qua decet arte docent. Sic factum, ut multi non tantum negarint jus ullam in artis ſpeciem redigi poſſe, ſed & vulgo perſuaſum ſit, neminem huic diſcendæ aptum, niſi cui ſevera lege proficere volupe, cuique & ferreum ſit caput rebus graviſſimis plurimiſque perferendis, & plumbeum corpus lucubrationibus

perpe-

perpetuis par, denique ſaccus auri plenus ad comparandam evolvendamque multam molem librariam, ſumptumque ſuſtinendum Academicum in annos & luſtra. Nam quinquennio opus eſſe ad Jus Civile perdiſcendum Cæſari Juſtiniano & pleriſq; viſum eſt. Quo calculo poſito conſequitur aliud luſtrum ad jus Pontificium & feudale, & aliud iterum ad jus, quod Conſtitutionibus poſterioris ævi, nec non quod moribus introductum eſt, percipiendum requiri, magnamq; vitæ noſtræ partem in jure diſcendo abſumendam eſſe. Sane qui noſtra ætate ſex ſeptemve annis Colophonem huic ſtudio addebant, eos & ſingularem adhibuiſſe diligentiam, & valde propitia Minerva uſos eſſe oportebat. Eſt & hodie in omnibus Europæ Lyceis major numerus eorum, qui juri operam dant, ſed pleriq; cum Siſypho ſaxum volvunt, parum aut nihil proficientes etiam cum proficere cupiunt maxime. Nec mirum, cum ars hæc plerumque exerceatur I. ſine ordine, II. ſine modo, & III. ſine ratione.

Ipſa naturalis evincit ratio in omnibus diſciplinis eſſe quendam ſervandum ordinem ne prima mediis aut poſtremis poſtponantur,

aut

aut illis hæc præponantur. Sane inter omnes ſapientes dubium eſt nullum, quin mens eorum, qui ad artem ſatis per ſe prolixam diſcendam veniunt, primo principiis generalibus imbuenda, tum ad ſpecialia quæ ex primis conſequuntur traducenda ſit. Ordinem autem illum naturalem pervertunt, qui novos Juſtinianos, quibus aqua in ipſis hæret principiis ſpecialibus graviſſimiſque quæſtionibus enecant, quique eos ante certum, jus controverſum, uſumque fori ante leges civiles docent, iiſque vaſta commentaria Schneidewini, Minſingeri, Bacchovii, Harprechti, Picardi, Vinnii aliorumve, quæ vix lytæ capiunt, & certe eruditioribus ſcripta ſunt, commendant: quæ quidem in tempore lecta proſunt plurimum, ante tempus torquent obruuntque legentes cum olei operæque diſpendio. Partem enim longe maximam eorum, quæ ejuſmodi libris traduntur, nec intelligit tyro, nec ſi intelligat memoria tenere valet.

Quemadmodum autem ægri, quorum corruptus vix ullum cibum fert ſtomachus, alia atque alia eduliorum expetere ſolent genera, & pleraque crudiora & noxia magis quam

ut

ut quicquam eorum in bonum ſanguinem vertere poßint, ita etiam neſcio quis febre frequentior morbus juvenum plerumque abripit animos, ut plura gravioraque appetant quam capere valent. Scilicet pulchrum illis videtur circa difficilia verſari, & nodos juris, creduntque ſe tanto propiores eruditionis faſtigio, quanto citius ex reconditæ artis penetralibus petita tractant, ſed Icari fato in abyſſum ruunt ignorantiæ, qui viribus nondum adultis altiora petunt. Facilis eſt aſcenſus ad altißima, ſi per gradus eas & ordinem ſerves, eo vero neglecto ne ad media quidem nos pervenire poſſe ipſa monſtrat natura. Pernicioſiſsimo illi & fatali multis ſcopulo, quem ὕστερον πρότερον *jure dicas, ſimilis fere eſt ſecundus, quem commodiſsime Nimium vocabimus, exitioſus illis, qui ordine aliquo utcunque ſervato finem tamen modumve in diſcendo docendoque jure tenent nullum: qui, cum elementis incumbendum eſt, quidlibet ex quavis juris parte corradunt, & cum intra pomœria deberent verſari Inſtitutionum, non tantum per omnia veterum prudentiæ volumina vagi & incerti oberrant, ſed & excur-*

ſione

ſione facta Grammaticorum, Philoſophorum, Hiſtoricorum & Philologorum agros depopulantur, tantamque materiæ molem congerunt, ut ad unum caput ex Inſtitutionibus, ſæpe major multis Pandectarum libris extet commentarius; non neceſſariis tantum, ſed curioſis, quin & multis ineptis & inutilibus, quæ nec ſcienti proſunt nec obſunt ignoranti, abundans quæſtionibus & rebus. Ut nemo tam felici ſit memoria, qui non primorum diu obliviſcatur; antequam ad media, ne dicam ad ultima perveniat, utque Augiæ ſtabulum citius perpurgaris, quam unum ejuſmodi caput tenueris. Deum immortalem, quantum coacervatur cacoëthes de Juſtitia & Jure! Quod argumentum per ſe haud difficile veteres lineis non multis abſolverunt, recentiores autem plerique prolixis voluminibus non explicarunt ſed implicarunt: quibus non poſſunt non animi obrui Juvenum, ut neceſſaria ignorent, dum tot non neceſſariis onerantur. Fas ſit Anteceſſori cum Poëtis delectare & prodeſſe, ſuavemque curioſamque aliquando rebus neceſſariis miſcere quæſtionem: ſed tamen niſi modus in his ſervetur pro ætate &

te & ſtatu diſcentium, nec delectabit, nec proderit, ſed cauſa erit naufragii copia illa inſtar ſaburræ, qua nimium oneratam cymbam mergi neceſſe eſt. Et tamen ipſis Elementorum Studioſis copioſiſsimi ejuſmodi commentarii, & pro uno ſæpe plures conjunctim, quin & prolixis plerumque dictatis præceptorum adaucti commendantur, quo miſeri oneris quod unum ferre non poſſunt, triplo gravati citius certiuſque peſſum eant. Quare vir magni judicii multæque eruditionis Sutholtius (à quo juvene acutiſsimus JCtus Reinhardus Bacchovius Magiſter ejus moneri ſe paſſum non diſſimulat) in ſua ad Velavicæ Tetrarchiæ legatos epiſtola aperte teſtatur, omnes exercitationes in publicum datas, ita eſſe adornatas in univerſum, ut non prærepta aliis, ſed præbita videri debeat ſcribendi facultas, moxque ſubjicit: Quid enim ſtolidius eſt, quam ſpinoſas quaſque Juris noſtri quæſtiones & nodoſas controverſias ἀκαίρως ἀκαίρως congerere, atque inibi jn utramque partem diſputare & diſcurrere, ubi prima juris principia & rudimenta erant tyronibus proponenda?

nenda? Quid ineptius, quam difficillima quæque Juris noſtri capita, quorum ſenſus in abdito latet, & doctiſſimum ſæpe quemque fugit, è mediis Digeſtis aut Codice evocata eos docere velle, qui adeo ſpeciem ſeu caſum legis nequeunt pervidere, ut tituli, è quo lex adducitur, ne rubricam quidem ſeu inſcriptionem ſatis capiant. Huic ſtoliditati nulla altera eſt magis gemina, quam ſi quis religionis Chriſtianæ Catecheſin explicaturus, perinde ac ſi epopta fieri poſſet, qui neque purgatus neque initiatus ſacræ doctrinæ fuiſſet, protinus diſputare adverſus ſectarios & heterodoxos incipiat, & implicatiſſima qua Veteris qua Novi Teſtamenti loca acervatim adducere, inque iis interpretandis multum æſtuare.

Denique & alius ſcopulus juri ſtudentium vota plerumque facit irrita, dum ars hæc vel nulla vel non ea qua par eſt docetur ratione etiam ab illis, qui modum & ordinem rerum aliquem obſervant. Uti enim non ſufficit navem ad juſtum modum ordinemque oneratam, ſed & ſingulari quadam opus eſt nau-

cleri

cleri prudentia & judicio ad diſcernendum tempora, quibus vela vel explicanda, vel contrahenda, vel recta pergendum, vel ad latus deflectendum, vel vadum tentandum, vel remis contiſque laborandum, vel anchora jacienda: ita profecto qui clavum tenet in puppi per mare juris ducenda, niſi multa utatur cura, conſilio & ratione, infelicem reddit vectoribus navigationem. A ratione autem illa abſunt longiſſime, qui majorem memoriæ quam intellectus curam gerunt, quique leges magis quam legum principia tractant. Cum enim fontes illi, è quibus jura ſingula profluunt, pauci ſint, & facile oſtendant quid ipſis contineatur rivulis, primam potiſſimamque operam fontium inveſtigationi dandam, laboremque alium circa rivos & immenſum & deſperatum eſſe cuilibet conjicere in proclivi eſt. Sed & ne uſui quidem eſt legum peritia, niſi è fontibus ſuis naturalibus derivata. Neque enim ſcire leges eſt verba earum tenere, ſed ſenſum, rationem & uſum. Neque eum qui omnes leges & Conſtitutiones memoria tenet Juriſperiti nomen magis mereri putem, quam meruere
olim

olim veterum Romanorum pueri, qui leges XII. Tabb. totum illud Corpus Juris, quo populus tunc quidem utebatur, ceu neceſſarium carmen exacte tenebant & quotidie cantabant, rationis autem & principiorum illius juris prorſus ignari. Omnium habere memoriam divinitatis non humanitatis eſſe ait Juſtinianus noſter. Memoratur tamen puerum vix puberem audiente Pariſiis, & mirante frequenti concione omnes noſtras Leges Civiles memoria tenuiſſe, & ad dictum initiale verbum integras recitaſſe, quod ſive Lullii ſive qua alia non abſimili effecerit arte, nec laudandum valde, nec imitandum Vobis puto; cum eo ſtudendi modo judicandi vis JCto maxime neceſſaria reddatur obtuſior, cumque melior totum Jus Civile capiẽdi ſit ratio ſi quicquid in eo legeritis continuo expendatis, quid ejus ſine lectione illa, naturali ratione ſcire potuiſſetis, quidque ea lectione præter aut contra communia illa principia didiceritis, ſique hæc memoriæ, illa relinquatis judicio. Sic cum hæc pauca, illa vero nobis innata ſint, utraque labore leviore & cum ratione tenebitis majore. Contra

aber-

aberrant & Magiſtri & diſcipuli, qui nullam vel juſto minorem memoriæ curam habent. Illi dum male cohærentia juris capitula, & nimium ſæpe verboſi Triboniani ἀμεθοδίαν *ſuperſtitioſe perſequuntur, parum anxii ſi quid brevius aut memoriæ opportunius dici poſſit. Hi autem dum præcepta generalia memoriæ mandare infra dignitatem juris Studioſi & ad pueros eoſque qui Scholaſtico in pulvere agunt pertinere putant: ſat habentes ſi Iuſtiniani libellum aliquoties legerint & explicari audiverint. Cum tamen res ipſa loquatur legendo audiendoque parum aut nihil profici in principiis noſtræ artis imbibendis, niſi præcepta breviter atque ordine excipiantur, excepta memoriæ mandentur, mandata diligenti examine & repetitione inculcentur.*

Proximus iſti malo eſt error eorum, qui verbis Juſtiniani & veterum juris conditorum eadem ſuperſtitione adhærentes pro veris & certis ſæpe ſeu falſa, ſeu incerta principia diſcunt, quibus perceptis & aliam naturam rei quam eſt eſſe putant, & ad jura ſeu ad ænigmata atque omnem intellectum

ſu-

fugientia obſtupeſcunt, quæ clare & diſtincte percipi poſſant & debent. Innumeræ ſunt in jure definitiones & regulæ quarum aliæ generalius, aliæ obſcurius, aliæ perverſius conceptæ maximas tenebras pariunt, niſi commode temperentur, reſtringantur, explicentur, emendenturque. Neque enim adeo perpolitam perfectamque nobis artem reliquit Cæſar, ut non multa in illa clarius, multa brevius, plenius, diſtinctius, melius tradi queant. Id cum non pauci animadverterent, ipſa fundamenta juris aliter jacienda docuere, nonnulli ordinem, ſeriem formamq; aliã fecere, quorum ars nova licet melior ſit veteri Tribonianica, illi tamen, cui juris Romani natura ſerieſque tenenda eſt, onus gravius reddit facitque, ut ſic pro una duplex juris diſcenda ſit ſpecies. Hos alioſque ſcopulos (nec enim lubet heic omnes docentium diſcentiumque errores perſequi) raro evitant qui in juris diſciplinam veniunt. Multi ita impingunt in eos, ut ne tabulas ullas ex naufragio colligant, alii tarde & multo labore multoque cum periculo ſalutis ægre enatant: quod mihi quoque evenit, qui cum

elementa ipſa primum diſcerem, ſtatim ad antinomias & ſubtiliſſimas tricas ſimulque ad Juris Forenſis obſervationes abreptus eamque ob rem multis magniſque voluminibus obrutus, ad hæc non Juris Romani tantum verba, ſed omnium eruditiorum dicta ſcriptaque ſeu Deorum oracula admiratus, iiſque quantum poteram memoriæ chartiſque mandandis fatigatus, ſero magnaque cum jactura quo in vado hærerem, quamque parum proficerem ſenſi, aliamque quærendam eſſe pedum viam animadverti. Cumque prima parum proceſsiſſet, ſecunda navigatione inſtituta, memoratos ante prætervectus quidem ſum ſcopulos, at multo labore & tempore ægre aſſecutus, quod primo anno ex noſtris multi nunc aſſequuntur diſcipuli. Sed tamen mihi gratulor gaudeoque utcunque me perveniſſe ad portum, quem non pauci idem ingreſſi iter ſerius attingunt, plures nunquam. Diffiteri enim nequeo totum triennium & amplius me in Inſtitutionibus Juſtiniani & Pandectarum explicatione & diſputatione conſumpſiſſe, publice, & privatim ſæpius, nec infeliciter diſputaſſe, cum tamen plurima

juris

juris principia ignorarem nec pactorum contractuumque ſingulas ſpecies, nec modos acquirendi ſatis diſcernere valerem. Incidi autem in alios quam plurimos me multo infeliciores, & quotidie incido in eos, quorum alii plures annos, alii tota luſtra legendo, ſcribendo & audiendo jura contriverunt, & multa magnaque volumina ex ore eruditiſſimorum virorum exceperunt, nec ſegniter laborarunt, quin & de gravibus quibuſdam quæſtionibus non inſcite loqui didicerunt, & tamen quid ſit actio in rem & ſexcenta conſimilia principia ſcitu maxime neceſſaria explicare neſciunt. Vidi candidatos non paucos, qui magnam ætatis partem in Academiis & Juriſconſultorum Collegiis *non negligenter tranſegerant, tam tamen ignaros incertoſque fundamentorum juris, ut alii repulſam paſſi, alii non niſi ſevera admonitione & dura conditione in numerum ſint admiſſi. Miſeruit me ſæpe hominum in infelicia devia dalapſorum: eoque majus mihi ſemper fuit ſtudium & cura viam omnium planiſſimam breviſſimamque inveniendi qua Diſcipulos meos ducerem. Ipſam an invenerim neſcio;*

 me-

meliorem tamen, quam qua ivi olim, quaque nunc iter vulgo fit, inveniſſe me ſat ſcio, teſtatumque faciunt ſexcenti Viri Clariſsimi, qui in hac noſtra atque celeberrima Germanorum Academia Palatina, mea methodo non infeliciter (quod ἀβασκάντως dico) uſi, finem præmiumque, quod Cæſar ſtudii ſtatuit noſtri, rempublicam ſcilicet in partibus adminiſtrandam ſibi commiſſam, non prece aut pretio, ſed virtute & eruditione obtinuere. Multi enim horum ſummis Principibus ſunt à conſiliis; alii à Legationibus in ipſis etiam, quæ nunc aguntur, Europæ Germaniæque comitiis; plures à judiciis; nec pauci clari variis in Academiis Iuris Profeſſores; alii Syndici; alii Fiſci patroni; alii Advocati, aliaque Iuriſconſultor. munia cũ laude obeuntes. Qui omnes (quanquam nec ferrei, nec plumbei, nec aurei eſſent) artem illam labore non nimio triennio aut citius didicere. Neq; memini me ullum unquam nactum alicujus ingenii & diligentiæ diſcipulum, cui aut ſtudium difficile, aut plus opus fuerit temporis ad diſcenda, quæ Candidatum ex Civili, Pontificio, publico & feudali jure ſcire oporteet, quaque multi

vix

vix altero luſtro perdiſcunt. Non potui autem Vobis, Ornatiſsimi Juvenes, diſcrimen inter rectam pravamque juris diſcendi rationem clarius demonſtrare, quam demonſtrat quod in frontiſpicio hujus libelli videtis emblema, in dextra parte referens viam apertam, quatuor gradibus interſtinctam, qua nec ſero, nec difficulter ad perfectam juris ſcientiam eunt Studioſi, nullis ſarcinis graves, res ſingulas alias poſt alias agentes; in ſiniſtra arduam, montis præcipitio, ſentibus vepribuſque impeditam, quam unus omnia ſimul portans nullo ordine, modo aut ratione ingreſſus, aut ſero aut nunquam, certe non ſine improbo labore & moleſtia ſumma emetietur, ad miſeriam citius quam ſcientiam perventurus.

Et tamen hæc regia eſt via qua & nobis utendum fuit olim, & nunc vulgus utitur, ſola pleriſque nota & præmonſtrata: quaſi Diva noſtra paucos tantum ſacerdotes non multos mortales ad ſummum ſacrarium admittere voluiſſet. Ego vero cum aliis paucioribus id ago ut Vobis omnibus, Commilitones optimi, perſpectiſsima reddam adyta illa felicia, & ſi quid ego in methodo Ju-

ris multos annos diſcendo, plures docendo meditandoque quin & Rameæ artis adminiculo longoque uſu & exercitatione invenerim, quo ſtudia Veſtra juvari poſsint, id omne in ſinum veſtrum effundam. Vos autem animos advertite ad emblema & ad quatuor illos viæ gradus, qui totidem ſint ſtudii noſtri anni. Et primo quidem miſsis omnibus aliis nil niſi principia juris curate. Principia appello eas regulas, quæ docent quid ſit quæque res juris, & quotuplex, quæque ejus indoles. V. G. quid ſit teſtamentum, quæ ejus ſpecies, quibus ſit teſtamenti factio, quod ejus fundamentum, quæ forma, quæ vis, & effectus, quo denique modo infirmetur. Omnes finitiones, diviſiones & præcepta huc pertinentia ſtatim diſcenda & crebra repetitione in ſuccum ſanguinemque vertenda, atque ita tenenda ſunt Studioſo, ut non tantum verba præceptorum eorum exacte reddere, ſed & ſenſum exemplis commode explicare poſsit, id quod primo anno haud difficulter efficiet. Et effecere meorum plurimi, qui præter elementa Juſtiniani & noſtrum compendium aliumve exiguum libellum ſimilem iiſque citatas

leges

leges fundamentales nihil ſtuduere.

Secundus gradus ſit Vobis annus ſecundus, quo ab Inſtitutionibus ad reliquas Iuris partes tranſeundum, &, quod primo anno nondum attigimus jus, civile certum ſecundum ſeriem Pandectarum diſcendum; ut hoc anno reliquorum juris capitum ita Studioſus ediſcat teneatque principia, uti primo factum eſt de Inſtitutionibus: quo nihil facilius eſſe plurium exemplis comprobatum habeo.

Tertio autem gradu annoque memoria priorum firmanda, illisque relegendis exigua diei pars danda, aliqua etiam juripublico & feudorum, ſed maxima controverſo tribuenda, in ſubtiliora inquirendum, ingeniumque diſputando acuendum, cui rei materiam uberrimam præbet Hieronymus Treutlerus, uſum autem fructumque plurimum dabit Reinardus Bacchovius in ſuis ad Hieronymum exercitationum voluminibus, nec non Giphanius, A. Matthæus, Wiſſenbachius, Bronchorſtius, Pacius, ſimileſque qui celebriores juris quæſtiones & pugnantia intricataq; loca breviter nec ineleganter expoſuere.

poſuere.

poſuere. Fachinæus, Harprechtus, Nicolaus de Paſceribus & id genus alii arenam habent, non calcem. Hunnius ejuſque ſimiles non docent, ſed ſeducunt; non juvant, ſed impediunt. Tota autem illa triennalis exercitatio Academica ita inſtituenda eſt, ut non multa interpretum volumina legenda, ſed unus liber legum multum & multa cum ratione & meditatione.

Quarto anno quibus volupe eſt & otium, graviores interpretes, ſed terſiores & judicio valentes, ut Cujacium, Hottomannum, Duarenum, Fabrum, Donellum, alioſque Heroës ſimiles (qui diſputantibus etiam ſæpe conſulendi) plenius & κατὰ πόδα non inutiliter legent. Quorum autem res eam moram non ferunt, illis auctor ſum ut recta forum & judicia petant, & commodo obſervatore ordinis judiciarii perlecto acta judicialia cauſæ alicujus integra excutiant, conſilia & reſponſa aliquot non cujuslibet, ſed & præſtantium Virorum evolvant, tum manum ipſimet operi admoveant, fundamentis in Academia recte poſitis ſuperſtruant & fabricando meliores fabri fiant. Marcus Tullius

triduo

triduo ſe Juriſconſultum profeſſurum, ſi JCti ipſi bilem moveant, minatur; quod uti ego à Viro illo ſummo omnis divini humanique juris ſcientiſſimo minime temere dictum puto, ita Vos, Commilitones optimi, ne dubitate, quin, ſi eum quem dixi ordinem, modum rationemque teneatis, nec ſero nec difficulter ad faſtigium artis noſtræ perventuri ſitis. Sufficiat vobis hoc loco generalior hæc de utraque ſtudendi via admonitio, ne aliorum clamor, ut ſolet ignis, quem fatuum vocant, Vos ad lævam ducat, & pro compendio magnum ſtudiorum Veſtrorum det diſpendium. De ſingulis rebus ad ſtudium noſtrum neceſſariis opportunior alias dabitur agendi locus. De compendio vero, cui ego formam, Vos cauſam, lucem & nomen dediſtis, id unum addendum habeo, ejus vix alium eſſe uſum quam juvandæ memoriæ primo anno principiis imbuendæ: nec ſatis intelligi poſſe niſi conjungatur cum Cæſaris Juſtiniani Inſtitutionibus & legibus paſſim ad marginem citatis & à nobis aliiſque intra privatos parietes explicari & examinari ſolitis. Sublevandis ſtudiis ſecundi tertiique

gradus ſerviet commentarius noſter ad Pandectas & de actionibus tractatus, in quibus omnibus non aliam quam Veſtri commodi quæſivi gloriam. Vos iſthæc æquo animo accipite & ſi uſui eſſe poſſunt læti fruimini. Valete. Dabam Lugd. Bat. XI. Kal. Sextil. 1679.

INDEX TITULORUM INSTITUTIONUM IMPERIALIUM.

A.

Acquiſitione per arrogationem pag. 165.
Actionibus 237.
Ademptione & tranſlatione legatorum 138.
Adoptionibus 42.
Aſſignatione libertorum 154.
Attiliano tutore & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur 53.
Auctoritate tutorum 54.

B.

Bonorum poſſeſſionibus 161.

C.

Capitis diminutione 51.
Codicillis 146.
Curatoribus 56.

D. Di-

D.

Diviſione ſtipulationum 188.
Donationibus 93.
Duobus reis ſtipulandi & promittendi 185.

E.

Emptione & venditione 200.
Eo cui libertatis conſervandæ cauſa bona addicuntur 165.
Exceptionibus 286.
Excuſationibus tutorum vel curatorum 61.
Exheredatione liberorum 110.

F.

Fideicommiſſariis hereditatibus & ad SCtum Trebellianum 141.
Fidejuſſoribus 194.
Fiduciaria tutela 52.

G.

Gradibus cognatorum 152.

INDEX.

H.

Heredibus inſtituendis 114.
Hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur 149.
Heredum qualitate & differentia 127.
His qui ſunt ſui vel alieni Iuris 31.

I.

Iis per quos agere poſſumus 281.
Ingenuis 28.
Injuriis 230.
Inofficioſo teſtamento 124.
Interdictis 291.
Inutilibus ſtipulationibus 189.
Iure naturali gentium & civili 21.
Iure perſonarum 27.
Iuſtitia & Iure 20.

L.

Legatis 132.
Lege Aquilia 228.
Lege Falcidia 139.
Lege Fuſia Caninia tollenda 31.
Legitima agnatorum ſucceßione 150.
Legitima agnatorum tutela 50.

Le-

Legitima parentum tutela 52.
Legitima patronorum tutela 52.
Libertinis 28.
Literarum obligationibus 197.
Locatione & conductione 205.

M.

Mandato 212.
Militari teſtamento 107.

N.

Noxalibus actionibus 281.
Nuptiis 33.

O.

Obligationibus 167.
Obligationibus ex conſenſu 199.
Obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur 214.
Obligationibus quæ ex delicto naſcuntur 222.
Obligationibus quæ ex quaſi delicto naſcuntur 235.
Officio Iudicis 302.

P.

Patria poteſtate 32.
Perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ

quæ ad heredes & in heredes tranſeunt 285
Per quas perſonas cuique acquiritur 100.
Per quas perſonas nobis obligatio ácquiritur 217.
Pœna temere litigantium 299.
Publicis judiciis 306.
Pupillari ſubſtitutione 120.

Q.

Quibus alienare licet vel non 97.
Quibus ex cauſis manumittere non licet 29.
Quibus modis Jus patriæ poteſtatis ſolvitur 45.
Quibus modis re contrahitur obligatio 174.
Quibus modis teſtamenta infirmentur 122.
Quibus modis tollitur obligatio 218,
Quibus modis tutela finitur 55.
Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum 108.
Qui teſtamento tutores dari poſſunt 48.
Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicatur 280.

R.

Rebus corporalibus & incorporalibus 81.
Replicationibus 291.
Rerum diviſione & acquirendo ipſarum dominio 65.

S. Sa-

S.

Satiſdatione tutorum vel curatorum 58.
Satiſdationibus 283.
Senatuſconſulto Orficiano 151.
Senatuſconſulto Tertulliano 150.
Servili cognatione 154.
Servitutibus ruſticorum & urbanorum prædiorum 82.
Singulis rebus per fideicommiſſum relictis 146
Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur 281.
Societate 209.
Stipulationibus ſervorum 187.
Succeſsione cognatorum 151.
Succeſsione libertorum 154.
Succeſsionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones & ex SCto Claudiano 166.
Suſpectis tutoribus vel curatoribus 63.

T.

Teſtamentis ordinandis 104.
Tutelis 47.

V.

Verborum obligationibus 181.
Vi bonorum raptorum 227.
Uſu & habitatione 86.
Uſufructu 84.
Vulgari ſubſtitutione 119.

METHODUS INSTITUTIONUM IMP. JUSTINIANI.

LIB. I.

Cum finis Juriſprudentiæ ſit ut Juſtitia adminiſtretur, Imperator initium facit à titulo 1. *de Juſtitia & Jure*. Jus autem eſt publicum vel privatum. De hoc fere ſolo in Inſtitutionibus agitur, & quia id ex triplici ſpecie natum, hinc titulo 2. agit de tribus illis ſpeciebus, ſcilicet *de Jure Naturali Gentium & Civili*.

Abſoluto juris tractatu generali, Imperator tranſit ad ſpecialem de jure privato, quod verſatur circa perſonas, res, & actiones [a]. Hæc ſunt quæ vulgo tria juris objecta appellant. De Perſonis proponit duas diviſio-

a §. *ult. Inſt. de Jur. Nat. Gent. & Civ.*

viſiones. Prima & ſumma eſt, quod homines ſunt liberi aut ſervi, de qua titulus 3. *de Jure perſonarum.* Et cum liberi ſint ingenui vel libertini, hinc titulus 4. *de Ingenuis*, & titulus 5. *de Libertinis*, ſive ex juſta ſervitute manumiſſis. Cum autem quaſdam manumiſſiones leges improbent, ut hodieque Lex Ælia Sentia: hinc titulus 6 *Qui & ex quibus cauſis manumittere non poſſunt*, & olim Lex Furia Caninia: de qua titulus 7. *de Lege Furia Caninia tollenda.*

Altera perſonarum diviſio eſt in titulo 8. *De his qui ſunt ſui vel alieni juris.* Homines autem alieni juris, ſunt vel in poteſtate Dominorum, ut ſervi, de quibus ante, vel in poteſtate parentum, de qua titulus 9. *de Patria poteſtate.* Hæc potiſſimum acquiritur vel juſtis nuptiis & legitimatione, de quibus titulus 10. *de Nuptiis*: vel adoptione, de qua titulus 11. *de Adoptionibus.* Amittitur autem patria poteſtas potiſſimum morte, dignitate & emancipatione, de quibus titulus 12. *Quibus modis patria poteſtas amittitur.*

At homines ſui juris ſunt in tute-

la vel cura, vel neutro jure tenentur. Hinc titulus 13. *de Tutelis.* Tutela autem eſt teſtamentaria, legitima, vel dativa. Et quia quamdiu teſtamentaria ſperatur, ceſſat legitima, & quamdiu legitima locum habere poteſt, ceſſat dativa, hinc primum docetur titulo 14. *Qui teſtamento tutores dari poſſunt.* Legitima autem tutela ex L. XII. tabb. ad agnatos pertinet, hinc titulus 15. *de Legitima agnatorum tutela:* niſi jus agnationis vel minima capitis diminutione amiſſum ſit, hinc titulus 16. *de Capitis diminutione.* Sed & ex ratione legis XII. tabb. eſt legitima Patronorum tutela, de qua titulus 17. *de Legitima Patronorum tutela.* Cui ſimilis legitima parentum, de qua titulus 18. *de Legitima Parentum tutela.* Denique & fratrum ob fiduciam recepta eſt, de qua titulus 19. *de Fiduciaria tutela.* Dativa Tutela eſt eorum tutorum, quos Magiſtratus Romani, quibus id ſpeciali jure, veluti lege Attilia, Julia, Titia, aliave permiſſum erat, conſtituebant. Hinc titulus 20. *de Attiliano tutore & eo qui ex Lege Julia & Titia dabatur.*

A 2 Om-

Omnes autem tutores dantur potiſſimũ, ut eorum auctoritate negotia, ex quibus damnum pupillo metuendum, perficiantur, nec aliter rata ſint. Hinc titulus 21. *de auctoritate tutorum*. Conſtituta autem tutela ſinitur morte, capitis diminutione, pubertate, aliiſque modis, de quibus titulus 22. *Quibus modis tutela finitur*. Hæc de tutela: ſequitur Cura, unde titulus 23. *de Curatoribus*. Abſoluto autem tractatu de tutela & cura ſeparato, ſubjiciuntur tres tituli utrique ſpeciei communia continentes: ſcilicet *de ſatiſdatione Tutorum & Curatorum* titulus 24. *de excuſationibus Tutorum vel Curatorum* titulus 25. & *de ſuſpectis Tutoribus & Curatoribus* titulus 26. Hæc de perſonis in Inſtitutionibus ſufficere putavit Juſtinianus, quarum plurimæ aliæ diviſiones ex titulo ff. de Stat. hom. & aliunde peti poſſunt.

Lib. II.

Poſtquam dictum de perſonis, dicendum de rebus, quarum & duæ diviſiones & duorum generum jura tra-

tractantur. Prima autem rerum diviſio eſt, quod res ſunt vel in patrimonio vel extra patrimonium noſtrum; de qua in titulo 1. *de Rerum diviſione & acquirendo ipſarum dominio*. Altera eſt, quod res ſunt corporales vel incorporales; hinc titulus 2. *de rebus corporalibus & incorporalibus*. Et quia ſervitutes ſunt res incorporales, de iis Imperator hic agere incipit. Sunt autem Servitutes vel prædiales, de quibus titulus 3. *de Servitutibus ruſticorum vel urbanorum prædiorum*; vel perſonales, ut uſusfructus, de quo titulus 4 *de Uſufructu*, uſus & habitatio, de quo titulus 5. *de Uſu & Habitatione*.

His de diviſionibus rerum dictis Imperator perſequitur cœptam titulo 1 telam de juribus rerum. Jura autem rerum ſunt vel in rem vel in perſonam ſive ad rem. Potiſſima ſpecies juris in re eſt dominium, cujus acquirendi modi alii ſunt Juris Gentium, de quibus agitur dicto titulo 1. *de Rerum diviſione & acquirendo ipſarum dominio* Alii ſunt Juris Civilis, & hi rurſum vel ſingulares vel univerſales. Singulares, ut uſucapio, de

qua titulus 6. *de Uſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus*, & donationes quædam, de quibus titulus 7. *de Donationibus*: nec non legata & fideicommiſſa ſingularia, de quibus ubi de teſtamentis & codicillis agitur. An autem illis modis dominium recte quæſitum ſit, vix intelligemus, niſi ſciamus, quibus alienare licet vel non; hinc titulus 8. *Quibus alienare licet vel non licet*. Item per quas perſonas cuique acquiritur, de quo titulus 9. *Per quas perſonas cuique acquiritur*. Expeditis modis illis ſingularibus, quæque eo pertinere videbantur, Imperator tranſit ad Univerſales, qui hodie ſunt quatuor: 1. hereditatis aditio. 2. bonorum poſſeſſionis agnitio. 3. adrogatio. 4. addictio bonorum libertatum conſervandarum cauſa facta.

Hereditas autem defertur vel ex teſtamento & ſecundum diſpoſitionem defuncti, vel ab inteſtato ſecundum legem. Prima cauſa eſt teſtamenti, quod eſt vel ſolenniter ordinatum, unde titulus 10. *de Teſtamentis Ordinandis*: vel privilegiatum quale maxime eſt militare teſtamen-

ſtamentum, de quo titulus 11. *de Militari Teſtamento.* In utroque diligenter ſpectandum tum conditio teſtantis, unde titulus 12. *Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*; tum heredis inſtitutio, quæ eſt fundamentum totius teſtamenti. Eſt autem heredis inſtitutio, 1. alia neceſſaria, ſcilicet eorum qui neceſſario heredes inſtitui aut nominatim exheredari debent, veluti liberi, hinc titulus 13 *de Exheredatione liberorum*; vel voluntaria, ſcilicet eorum quos teſtator quidem inſtituere vel exheredare non cogitur: in utraque videndum, qui, quot, & quomodo inſtituendi, de quo titulus 14 *de Heredibus inſtituendis.* 2. Heredis Inſtitutio dividitur, quod alia ſit prima, alia ſecunda, quæ etiam ſubſtitutio vocatur. Eſtque vel vulgaris, de qua titulus 15. *de Vulgari ſubſtitutione*; vel pupillaris, de qua titulus 16. *de Pupillari ſubſtitutione.*

Tantum de ordinandis teſtamentis. Recte ordinata ſæpe infirmantur, & quidem vel ipſo jure, cum rumpuntur aut irrita fiunt, de quo titulus 17. *Quibus modis teſtamenta in-*

firmantur: vel facto hominis, cum reſcinduntur ut inofficioſa. Hinc titulus 18. *de inofficioſo teſtamento*. Quæ autem ita infirmata non ſunt, efficiunt ut heres inde hereditatem acquirat, nonnunquam invitus, nonnunquam adeundo, nonnunquam immiſcendo, pro diverſa heredum qualitate & differentia, de qua titulus 19. *de Heredum qualitate & differentia*: ſed & ſæpe inde acquiruntur non tantum legata, de quibus titulus 20. *de legatis*; niſi vel per teſtatorem adempta, hinc titulus 21. *de ademptione legatorum & tranſlatione*; vel imminuta per L. Falcidiam, de qua titulus 22. *de Lege Falcidia*: ſed & fideicommiſſariæ hereditates, de quibus titulus 23. *de Fideicommiſſariis hereditatibus*; & ſingulæ res per fideicommiſſum relictæ: de quibus titulus 24 *de ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis* Sed ad legata & fideicommiſſa relinquenda hodie non opus eſt teſtamento proprie dicto: ſufficiunt etiam Codicilli, i. e. teſtati vel inteſtati voluntas minus ſolennis, de quibus titulus 25. *de Codicillis*.

LIB.

LIB. III.

Tantum de hereditate teſtamentaria, ſequitur ab inteſtato: in qua olim potiſſima cauſa erat ſui heredis, de qua titulus 1. *de hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.* Legitima etiam erat agnatorum ſucceſſio, de qua titulus 2. *de Legitima agnatorum ſucceſsione* Sed & Senatuſconſultum Tertullianum etiam admiſit matrem ad ſucceſſionem liberorum de quo titulus 3. *de Senatuſconſulto Tertulliano*; & Orphitianum liberos ad bona matris, de quo titulus 4. *de Senatuſconſulto Orphitiano.* Prætor autem poſt ſuos & legitimos heredes admiſit ſucceſſionem cognatorum, de qua titulus 5. *de Succeſsione cognatorum* Et quia tum in agnatis, tum in cognatis, proximitas graduum ſpectabatur, hinc titulus 6. *de Gradibus Cognatorum.* quod tamen non pertinet ad ſervilem cognationem, de qua titulus 7. *de Servili cognatione*; ſed quodammodo etiam ad ſucceſſionem libertorum, de qua titulus 8. *de ſucceſsione libertorum*; quibus patronus non tantum ab inteſtato

ſtato ſuccedit, ſed quos etiam uni ex liberis ſuis libere aſſignat, hinc titulus 9. *de aſſignatione libertorum.*

Tantum de primo modo acquirendi dominium univerſali, ſcilicet hereditatis acquiſitione; ſequitur ſecundus *de bonorum poſſeſſionibus* titulo 10. & tertius *de acquiſitione per adrogationem* titulo 11. nec non quartus *de eo cui libertatis cauſa bona addicuntur* titulo 12. Erat olim & quintus per bonorum debitoris venditionem, & ſextus ex Senatuſconſulto Claudiano, ſed hi ſublati ſunt ſecundum titulum 13. *de ſucceſſionibus ſublatis quæ fiebant per bonorum venditionem & ex Senatuſconſulto Claudiano.*

His de dominio ut potiſſima juris in re ſpecie & ſervitutibus dictis; Imperator tranſit ad jus in perſonam ſive jus ad rem, quod oritur ex obligationibus, de quibus titulus 14. *de Obligationibus.* Earum variæ ſunt ſpecies, ſed potiſſima oritur ex contractu vel quaſi contractu, ex maleficio, vel quaſi maleficio. Contractus autem qui ſpecialem formam nomenque habent, ſunt quatuor. Vel enim

enim re ineuntur, vel verbis, vel literis, vel conſenſu. Prima ſpecies ergo contractuum nominatorum eſt eorum qui re ineuntur, ut mutuum, commodatum, depoſitum, & pignus, de quibus titulus 15. *Quibus modis re contrahitur obligatio.* Secunda ſpecies eſt ex ſtipulationibus orta Verborum obligatio, unde titulus 16. *de Verborum obligationibus.* Stipulatio autē primo diſtinguitur in eam quæ fit ab uno, vel à duobus reis ſtipulandi & promittendi, de quibus tit. 17. *de duobus reis ſtipulandi & promittendi.* Secundo diſtinguitur in eam quæ fit à liberis, vel à ſervis: de qua tit. 18. *de ſtipulatione ſervorum.* Dividitur autem tertio in Judicialem, Prætoriam, conventionalem, & communem, de qua ſub titulo 19. *de Diviſione ſtipulationum.* Cæterum ratione rerum, perſonarum, modique ſtipulandi ſæpe fiunt inutiles ſtipulationes. Hinc quarto alia ſtipulatio eſt utilis, alia inutilis: unde titulus 20. *de inutilibus ſtipulationibus.* Denique quinto alia ſtipulatio eſt principalis, alia alterius obligationis acceſſio, ut fidejuſſio: hinc *de fidejuſſoribus* titulo 21.

Sequitur tertia ſpecies *de literarum obligationibus* titulo 22. & quarta ſpecies contractuum conſenſualium, de quibus Imperator tum in genere agit titulo 23. *de obligationibus ex conſenſu*; tum in ſpecie *de emptione & venditione* titulo 24. *de locatione & conductione* titulo 25. *de ſocietate* titulo 26. & *mandato* titulo 27. Contractus ſequuntur quaſi contractus, unde titulus 28. *de Obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur*. Cæterum obligationes illas, uti dominium, non tantum per nos, ſed & per eos, quos in poteſtate habemus, nobis acquiri obiter monet Imperator titulo 29. *Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur*; ſicque tranſit ad titulum 30. *Quibus modis tollitur obligatio*, ſcilicet ipſo jure: quos duos titulos rectius poſt enarratas obligationes ex maleficio & quaſi maleficio ſubjeciſſet, ſed de his demum libro 4. agit.

L I B. IV.

Maleficia autem vel privata ſunt vel publica: privata ordinaria

ſunt

ſunt quatuor, 1. furtum, de quo ſpeciatim agitur in generali titulo 1. *de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur.* 2. rapina, unde *de vi bonorum raptorum actione* titulo 2: 3. damnum injuria datum, quod coërcet Lex Aquilia, de qua titulus 3. *de Lege Aquilia* 4. injuria, de qua titulus 4. *de Injuriis.* Delicta excipiunt quaſi delicta. Hinc titulus 5 *de Obligationibus quæ quaſi ex delicto naſcuntur.*

Tantum de ſecundo juris objecto, ſcilicet de rebus; ſequitur tertium *de Actionibus* titulo 6. quæ contra nos dantur non tantum ex noſtro facto, ſed etiam ex conventione eorum qui in noſtra poteſtate ſunt, ut actio quod juſſu, exercitoria, inſtitoria, tributoria, de peculio & in rem verſo, de quibus agitur titulo 7: *Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicitur*, & ex privato delicto ſervorum, unde actiones noxales, de quibus titulus 8. *de Noxalibus actionibus*, & ex pauperie animalium noſtrorum, de quo titulus 9. *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.* Exercemus autem actiones non tantum per nos, ſed & per Pro-

cura-

curatores: de quibus titulus 10. *De iis per quos agere poſſumus*. Ne autem temere aut fruſtra inſtituatur actio, opus ſæpe eſt cautione. Hinc titulus 11. *de Satiſdationibus* Obſervandum etiam ne poſt tempus aut ab herede aut contra heredem actio inſtituatur indiſtincte, unde titulus 12. *de perpetuis & temporalibus actionibus & quæ ad heredes vel in heredes tranſeunt*. Actionem etiam competentem excludunt exceptiones, de quibus titulus 13. *de Exceptionibus*: Exceptionem replicationes, de quibus titulus 14. *de replicationibus*.

Tantum de Actionibus proprie dictis & ordinariis, à quibus olim multum differebant interdicta, de quibus titulus 15. *de Interdictis*; ſive decreta Prætorum, quæ extra ordinem judiciarium in controverſiis poſſeſſionum interponebantur, de quibus aliiſque cauſis hodie eodem modo agitur.

In omni autem judicio ſive ordinario ſive extraordinario, & litigantibus cavendum ne temere litigent: hinc titulus 16. *de Pœna temere litigantium*, & Judici obſervandum, ut ſecun-

ſecundum leges & mores iiſque definitam naturam actionis judicet, hinc titulus 16. *de Officio Judicis.*

Abſoluto ita tractatu juris privati, ſecundum tria juris objecta, perſonas, res & actiones, ſufficere elementis hiſce putat Imperator, ſi ex jure publico ceu corollarium ſubjiciat tantum unum titulum 18. *de publicis Judiciis.*

Hugo in Didaſc. lib. 3.

In omni doctrina breve aliquid & certum decet colligere, quod in arcula memoriæ recondatur: Unde poſtmodum, cum res exigit, aliqua deriventur.

IMP. JUSTINIANI INSTITUTIONUM JURIS COMPENDIUM.

BIBLIOTHEQUE CANTONALE

Digitized by Google

IMP. JUSTINIANI INSTITUTIONUM JURIS COMPENDIUM.

Prooemium.

1. *Inſtitutiones Juris ſunt totius legitimæ ſcientiæ prima elementa*[a] *ſive juriſprudentiæ Romanæ compendium*[b]. a §.4. *h.* b §.2. *Inſt. de juſt & jur ib. levis ac ſimplex via.*

2. *Eas Juſtinianus primum Codice ex Imperatorum Conſtitutionibus, tum Pandectis ſeu Digeſtorum libris ex immenſis Veterum Juriſconſultorum libris compoſitis,*[c] *poſtremum componi juſſit, compoſitas legit, recognovit, & pleniſſimum legum ſuarum robur iis adcommodavit*[d]. c §.2. *h.* & §.4. d §.4. & §.6. *h.*

3. *Continent ergo breviter jus fere noviſſimum, ſuntque conſtitutiones poſteriores*[e] *quæ ſemper derogant prioribus*[f]. e §.3. *h* f *l.ult. ff. de Conſtit. Princ.*

4. *Ab hujus generis compendio, quod*

quod nec multa nimis, nec antiquata continet, initia facienda ſtudii juris. Inde progrediendum. Hæc unica ad ſolidam juris ſcientiam planaque via eſt. Si quis juris ſtudioſus aliam ingrediatur, aut ſerius, aut nunquam ad finem perveniet [a].

a §. 2. Inſt. de juſt. & jur. adde §. 3. h.

TIT. I.

De Juſtitia & Jure.

Juſtitia eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi [a].

2. Ut ea fœlicius in Rep. adminiſtretur, diſcitur jus, quod eſt ars boni & æqui [b]. Idem eſt Juriſprudentia: quæ eſt divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia [c].

4. Juris præcepta quædam generalia ſunt, ut honeſtè vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere [d].

4. Poſitiones autem ſeu ſpecies juris duæ ſunt: Publicum & privatum. Publicum jus eſt, quod ad ſtatum Reipublicæ Romanæ potiſſimum

a pr. Inſt. h. l. 1. ff. eod.
b l. 1. pr. ff. h.
c §. 1. h. l. 10. ff. eod.
d §. 3. h l. 10. ff. eod.

mum ſpectat: idque conſiſtit in ſacris, in ſacerdotibus & Magiſtratibus. Privatum eſt, quod ad ſingulorum civium utilitatem potiſſimum ſpectat. [a]

5. Utrumque quidem collectum ex præceptis naturalibus, gentium & civilibus, ſed privatum tantum perſequitur Juſtinianus in ſuis elementis [b].

a § 4. h l. 1. § 2. ff. eod.
b d §. 4. h.

Tit. II.

De Jure Naturali, Gentium & Civili.

1. Jus naturale generatim definitur, quod natura omnia animalia docuit [a]. Sed hoc minus proprie dicitur, cum jus & injuria non cadant in bruta, quandoquidem ſenſu carent [b].

2. Proprie dictum jus naturale eſt, quod natura omnes homines, docuit conditum à Deo, quo ſpectant religio erga Deum, ut parentibus & patriæ pareamus, defenſio vitæ [c], quæque decalogo præcipiuntur.

3. Jus Gentium eſt, quod naturalis ratio inter omnes fere Gentes conſtituit [d].

4. Ex

a pr. h. l. 1. § 3. ff. eod.
b l. 1. § 3. ff. Si quad. paup. pr. Inſt. eod.
c l. 1. in fin. l. 2. & 3 ff. h.
d §. 1. h. c. jus gentium diſt. 1.

4. Ex hoc jure introducta ſunt bella, diſcretæ gentes, regna condita, agris termini poſiti, ædificia collocata, commercium, manumiſſiones & obligationes inſtitutæ, exceptis quibuſdam obligationibus quæ jure civili introductæ ſunt a.

5. Et hoc quiden ſtrictim & proprie dictum eſt jus Gentium, quod alias etiam latius pro ipſo jure naturæ accipitur b: uti contra jus naturæ nobis proprie dictum alibi jus gentium appellatur c. Hinc diſtinctio DD. in jus Gentium primævum & ſecundarium.

6. Jus Civile eſt quod quiſque populus pro ſua Majeſtate, hoc eſt ſumma poteſtate ſibi conſtituit d. Idque nec in totum à naturali recedit, nec per omnia ei ſervit, ſed ei vel addit quid vel detrahit e.

7. Eſtque vel ſcriptum vel non ſcriptum f.

9. Scriptum eſt, quod expreſſa Legiſlatoris voluntate conſtat: quod quidem Romani plerumque ſcribere ſolebant, licet ad ſubſtantiam legis non pertineat ſcriptura g.

9. Scriptum autem jus Romanum eſt

a *l.* 4. *&* 5. *ff. h.*
b *l.* 84. *d. R. I.* *l.* 1. *ff. de acquir. rer. dom.* §. 11. *Inſt. de rer. diviſ.*
c *l.* 1. *in fin.* *l.* 2 *&* 3. *ff. h.*
d §. 1. *h.*
e *l* 6. *ff h.*
f §. 3. *h. d.* *l.* 6 §. 1.
g *l.* 32. *ff. de legib.*

eſt Lex, Plebiſcitum, Senatuſconſultum, Principum placita, prætorum edicta, Reſponſa prudentum a. a §. 3.

10. Lex eſt jus quod Populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante, veluti Conſule, conſtituebat b. *b l 7. ff. eod.* b §. 4. *h.*

11. Plebiſcitum eſt quod Plebs (Lege Horatia & Hortenſia hanc poteſtatem conſecuta) Plebejo Magiſtratu interrogante, veluti Tribuno, conſtituebat. Plebs autem à Populo eo differt quo ſpecies à genere: nam appellatione populi univerſi Cives ſignificantur, connumeratis etiam Patriciis & Senatoribus. Plebis autem appellatione ſine Patriciis & Senatoribus cæteri Cives ſignificantur c. c *d.* §. 4. *h.*

12. Senatuſconſultum eſt quod Senatus (permittente populo vel Principe) jubet atque conſtituit d. d §. 5. *h.*

13. Conſtitutio Principis eſt jus, quod Princeps ſive decreto, ſive epiſtola, ſive reſcripto, ſive alio quocunque modo jubet atq; conſtituit. Nam quodcunque Principi placet ut ſit Lex, Legis habet vigorem.

14. Lege enim Regia, qua Populus

lus ei & in eum omne Imperium ſuum & poteſtatem contulit, effectum eſt, ut Princeps non tantum leges ferre poſſit, ſed & ut ipſe legibus civilibus ejuſmodi ſit ſolutus a. Nec enim iiſdem legibus ut civis privatus poteſt teneri, quas ut Princeps pro Majeſtate ſua imperat. Nam Imperans & parens ſimul eſſe non poteſt. Legibus ergo Dei, naturæ, adeoque & regni fundamentalibus tenetur.

a §. 6. *b l. 31. ff. de legibus.*

15. Conſtitutiones Principum autem aliæ ſunt univerſales, quæ totum populum ei ſubjectum obſtringunt: aliæ perſonales, quas non niſi ad certas perſonas pertinere vult. Nam quod alicui ob meritum indulget, (forte privilegium concedens) vel ſi quam pœnam irrogat ſingularem, vel ſi cui ſine exemplo ſubvenit; veluti gratiam faciens damnato ad ſupplicium; hæc nec in exemplum trahuntur, nec perſonam transſgrediuntur b.

b *d. §. 6. h. in fin. l. 1. ff. de Conſtit. Princ.*

16. Prætorum edicta ſive jus honorarium, ſunt jus, quod Prætores aliive id genus Magiſtratus proponebant, permittente ſcilicet populo jus

Jus Civile per eos adjuvari, ſuppleri, emendari [a], non tolli, aut mutari [b].

17. Reſponſa Prudentum ſunt ſententiæ & opiniones Iuriſconſultorum, quibus permiſſum erat de jure reſpondere. Ab his non magis quam à jure Civili, quod interpretabantur Prudentes, licebat judici recedere [c]. Unde & jus Civile [d] ejuſque viva vox dicuntur [e].

18. Quando autem nec Senatus, nec Magiſtratus, nec Prudentes, Majeſtatem habuerunt, conſequitur eorum conſulta, edicta, reſponſa minus proprie jus dici & reliquis juris ſcripti ſpeciebus adnumerari.

19. Ius Civile non ſcriptum eſt, quod uſus approbavit [f], ſive quod tacita populi voluntate introductum eſt [g]. Dicitur etiam longa conſuetudo [h] & diuturni mores, quia tantum temporis, eaque actuum frequentia ad hoc jus introducendum requiritur, quæ ſufficiat ad probandam tacitam populi voluntatem [i].

20. Recte autem introducta conſuetudo legem imitatur, hoc eſt, eandem cum lege vim habet [k]. Nihil

B enim

a §.7. *h. l.7. §.1. ff. eod.*
b *l.12. §.4 ff. de public. in rem act.*
c *§.8. h.*
d *l 2. §.5. & 12. ff. de orig. jur.*
e *l. 8. ff. de Inſt. & jur.*
f *§. 9. h.*
g *l.32. ff. de legib.*
h *tit. C. Quæ ſit longa conſuet.*
i *l. 35. & ſeq. ff de legib.*
k *d. §. 9. Inſt. h.*

enim intereſt an populus ſuffragio ſuam voluntatem declaret, an rebus ipſis & factis [a].

21. Sed hoc maxime pertinet ad populum liberum, cujus eſt Majeſtas. Nam Principi ſubjectus non niſi ex voluntate ejus ſaltem præſumpta, jus non ſcriptum inducit.

22. Cæterum multum differunt Jura naturalia, Gentium & Civilia. Nam naturalia quidem jura divina quadam providentia conſtituta ſemper firma, atque immutabilia permanent [b]: Et gentium jura naturali ratione ſubnixa difficilius mutantur: At civilia ſæpe mutari ſolent, vel tacito populi conſenſu, vel alia poſtea lege lata [c]. Intereſt tamen Reipubl. ne & civile jus facile mutetur [d].

23. Omne autem jus, quo utimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel actiones [e]; quæ vulgo tria juris objecta dicuntur, porro in Inſtitutionibus explicanda.

a *l.* 32. *ff. de legib.*

b §. 11. *h.* §. *ult. Inſt. de legit. agnat. tut.*

c *d.* §. 11. *h.*

d *l* 23. *ff. de legib.*

e § *ult. h. l.* 1. *ff. de ſtat. hom.*

Tit. III.

De Jure Perſonarum.

1. Licet autem variæ perſonarum ſint diſtinctiones in titulo de ſtatu hominum aliiſque juris locis, duabus tamen diviſionibus jus perſonarum hic abſolvitur.

2. Prima & ſumma perſonarum diviſio eſt, quod homines aut liberi ſunt aut ſervi [a]. a pr. Inſt. h.

3. Et Libertas quidem eſt naturalis facultas ejus quod cuiq; facere libet, niſi ſi quid vi aut jure prohibetur [b]. b §. 1. h.

4. Servitus autem eſt conſtitutio juris Gentium qua quis alieno dominio contra naturam ſubjicitur [c]. c §. 2. h.

5. Dicuntur ſervi à ſervando, quod Impp. captivos vendere ac per hoc ſervare nec occidere ſolent: qui etiam mancipia dicti ſunt, eo quod ab hoſtibus manu capiantur [d]. d §. 3. h.

6. Servi autem aut naſcuntur aut fiunt. Naſcuntur ex ancillis noſtris Fiunt aut jure Gentium ex captivitate, aut jure civili, cum liber homo major 20 annis ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſt [e]. e §. 4. h.

7. Et in ſervorum quidem conditione nulla eſt differentia. Liberi autem aut ingenui ſunt, aut libertini [a].

a §. *ult.* *h.*

Tit. IV.

De Ingenuis.

1. Ingenuus eſt qui ſtatim ut natus eſt liber eſt: ſive ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſive ex libertinis duobus, ſive ex altero libertino, altero ingenuo.

2. Sed & ſi quis ex patre ſervo vel incerto, matre vero libera, ſive conceptionis, ſive partus, ſive medio tempore naſcitur, ingenuus eſt [b].

b *t. t.* *h.*

3. Partus enim hoc caſu ſequitur ventrem.

Tit. V.

De Libertinis.

1. Libertini ſunt qui ex juſta ſervitute manumiſſi ſunt [c].

c *pr. h.*

2. Manumiſſio eſt de manu (id eſt poteſtate) datio [d].

d *d. pr.* *h.*

3. Eaque variis modis contingit, & quidem non tantum cenſu, vindicta, teſtamento ut olim: ſed etiam in S. S. Eccleſiis, inter amicos, adhibitis

bitis tamen quinque teſtibus : item per epiſtolam à 5 teſtibus ſubſcriptam, aut per quamlibet ultimam voluntatem; aut inter vivos, apud Magiſtratum quovis loco & tempore, aliiſque modis a.

4. Tempore Auguſti libertini triplicis erant conditionis, alii peſſimæ, qui dedititii erant & non multum à ſervis differebant: alii melioris, ut Latini: alii optimæ, qui habebant jus Civium Romanorum, licet ingenui non eſſent. Sed poſt ſublata ſunt illa diſcrimina per Antoninum Imp. omnibus civibus Romanis b, per Juſtinianum autem ingenuis factis: ſalvo tamen jure Patronatus c.

a §. 1. *h. t. l. un. C. de Lat. lib. tol.*

b *l. 18. ff. de ſtat. hom.*

c *Nov. 78. c. 5.*

TIT. VI.

Quibus ex cauſis manumittere non licet.

1. Non tamen cuicunque volenti manumittere licet per L. Æliam Sentiam, cujus duo ſunt capita d.

d *pr. h.*

2. Primo cavetur ne quæ fiat manumiſſio in fraudem creditorum.

3. In fraudem autem creditorum non cenſetur facta manumiſſio, niſi concurrat 1. conſilium, & 2. eventus, id eſt, niſi manumittens animum fraudandi habuerit, & creditores damnum revera ſenſerint a.

4. Secundo prohibetur ne minor 20 annis manumittat, niſi vindicta apud conſilium, (id eſt, apud collegium, in quo Romæ adhibebantur 5 Senatores & 5 equites, in Provinciis 20 recuperatores cives Romani b) juſta manumiſſionis cauſa approbata: quod poſt reſtrictum ad minores 18 annis c: tandem & impuberibus eadem ætate qua alia & libertates teſtamento dare permiſſum d.

5. Et ſemel quidem cauſa illa approbata ſive vera ſit ſive falſa, favore libertatis non retractatur e.

6. Iuſtæ autem manumiſſionis cauſæ ſunt vel honeſtus affectus, forte erga patrem, matrem, filium, filiam, fratres, ſororeſve naturales; aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum, aut collactaneum manumittendos, item erga ancillam intra 6 menſes uxorem ducendam: vel ſperata utilitas, manu-

a §. 3. *h.*

b *Ulp. tit.* 1. § 8.

c §. 4. *& 5. & ult. h. t.*

d *Nov.* 119. *c.* 2.

e §. 6. *h.*

numittentis forte ſervum non minorem 17 annis procuratoris ſive ad judicialia ſive ad alia habendi gratia, aut ſimilis a. a §. 5. *h. t.*

T i t. VII.

De Lege Fuſia Caninia tollenda.

1. Lege Fuſia Caninia certus modus, id eſt, numerus conſtitutus erat ſervorum teſtamento manumittendorum: qui 10 habebat non plus parte dimidia, qui 30 non plus tertia, qui 100 quartam, qui 500 non plus quinta. Nemo vero ultra 100 manumittere poterat b. Sed hæc antiquata eſt, quoniam abſurdum videbatur moriẽtibus libertatem adimere, quam vivi habent c. b *Ulp. tit.* 1. *Paul.* 4. *ſent.* 14. c *pr. h. t.*

T i t. VIII.

De His qui ſunt ſui vel alieni juris.

1. Secunda perſonarum diviſio eſt, quod quędam perſonæ ſunt ſui juris, quædam alieno juri ſubjectæ: atque hæ iterum in poteſtate vel Dominorum, vel parentum ſunt d. d *pr. h.*

2. In Dominorum poteſtate ſunt ſervi in quorum & perſonam & bona Domino jus competit

3. Et quidem in perſonam Dominus olim habebat jus vitæ neciſque [a]. Nunc tantum emendationem aut modicam coërcitionem [b]. Si Dominus hodie ſervum ſine juſta cauſa occiderit, tenetur Lege Cornelia de ſicariis. Si alias in eum ſævierit, bonis conditionibus eum vendere cogitur [c].

4. Quantum ad bona, quod quiſque ſervus acquirit, Domino acquirit [d].

a *ſ.* 1. *h.* b *l. un. C. de emend. ſerv.* c § 2. *h.* d §. 1. *h.* §. 3. *inf per quas perſon.*

Tit. IX.

De Patria poteſtate.

1. Patria poteſtas eſt jus quod cives Romani habent in liberos ſuos [e].

2. Quanquam enim jure naturæ omnibus parentibus jus aliquod ſit in liberos [f], nulli tamen ſunt homines qui talem habent in liberos poteſtatem qualem Romani [g].

3. In perſonam enim filii pater olim habebat jus vitæ & necis [h], hodie modicam tantum coërcitionem [i]: graviora filiorum admiſſa nunc

e *pr. junct.* §. 2. *h.* f *Ariſtot* 8. *eth. c.* 10. g *d.* §. 2. *h* h *l. ult. C. de pat. pot* i *l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. l. un. C. de emend. propinq.*

nunc ſolus Magiſtratus vindicat, in eoque nonnunquam patris voluntatem ſequitur a.

4. Bona etiam filius olim fere omnia acquirebat patri; hodie autem tantum peculium profectitium & uſumfructum adventitii b.

5 Cæterum effectus patriæ poteſtatis ſpeciales plurimi ſunt, & in jure nuptiarum, tutelarum, teſtamentorum, obligationum, aliiſque conſpicui: uti ſuis locis apparebit.

6. Ad matrem hæc poteſtas minime pertinet, ei tamen reverentia & pietas debetur c.

7. Acquiritur autem patria poteſtas potiſſimum. 1. juſtis nuptiis, 2. legitimatione, 3. adoptione.

a *l.* 3. *C de pat. pot.*

b §. 1. *Inſt. per quas perſon.*

c *l.* 4. *C. de pat. pot. l.* 4. *ff. de Cur. fur.*

Tit. X.

De Nuptiis.

1. Nuptias præcedere ſolent ſponſalia, quæ ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum d.

2. Jure Canonico & hodierno dividuntur ſponſalia in ea quæ fiunt de præſenti: & de futuro. Illa fiunt conſenſu præſenti: hæc, promiſſione in futurum e.

d *l.* 1. *ff. de ſponſ.*

e c. pen. x. *de ſponſ.*

3. Sponſalia illa de præſenti ſecundum jus Romanum ſunt ipſum matrimonium: cujus forma in ſolo conſenſu conſiſtit a. Licet Canones & Conſtitutiones Græcorum nonnullique mores benedictionem ſacerdotalem quoque requirant b.

4. Nuptiæ ſunt Viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens c.

5. Dicitur *Viri & mulieris*; Ut intelligatur prohibita ſimultanea polygamia; crimen capitali pœna vindicandum d. Dicitur *conjunctio*, ſcilicet animorum, non corporum. Nuptias enim non concubitus ſed conſenſus facit e. Dicitur *individuam*: Votum animuſque contrahentium eſt ut matrimonium ſit individuum. Præter ſpem & per accidens fit, quod divortio quandoque dividatur. Dicitur *vitæ conſuetudinem continens*, id eſt, vitæ ſocietatem f & communionem utriuſque fortunæ g omniſque rei divinæ & humanæ h. Unde Nuptiæ ſatis diſtinguuntur à concubinatu, á ſocietate aliiſque contracti-

a *l. 30. ff. d. R.I. l. 22. C. de Nupt.* b *c. aliter. cauſ. 30. q. 5. c. 13. x. de præſumpt. Novel. Leon. 74. & Alexii Comnen.* c *§. 1. Inſt. de pat. pot.* d *§. 6. Inſt de Nupt. l. 30. C. ad L. Jul. de adult Conſt. crim. Car V. artic.* 127 e *l 30. de R.I* f *l 1 ff rer amot* g *l 22. § 7. ff. ſolut. mat.* h *l. 4, C. de crim. expil her.*

ctibus. Nec communionem bonorum inter conjuges, jure Romano incognitam, inducunt.

6. Ut autem juſtæ ſint nuptiæ requiritur, 1. ut perſonæ contrahant quæ jus connubii habent. 2. ut juſta forma obſervetur.

7 In perſonis requiritur 1. ut ſint cives Romani, 2. juſtæ ætatis, 3 nec cognatione, 4. nec affinitate, 5. nec honeſtate, 6. nec alia juris civilis ratione, 7. nec vitio, quod generationi obſtat, impediti.

8. Primum illud requiſitum arcet peregrinos, qui jure ſuo, non Romano nubunt; & ſervos, qui non matrimonium, ſed contubernium contrahunt a.

9. Secundum vult ut maſculi ſint puberes, fœminæ viri potentes. Tales autem mares poſt annum 14, fœminas poſt annum 12 jus credit b, Provectior ætas hodie matrimonium non impedit c. Canones non tam annorum numerum quam corporis habitudinem curant d.

10. Tertio prohibetur matrimonium in linea recta, hoc eſt, inter aſcendentes & deſcendentes in infinitum,

a *pr. h. l. 3. C. de inceſt. nupt.*
b *d. pr. h. l 4. ff eod. l. 10. ff. de Cond. & dem.*
c *l. 27. C. h.*
d *c. 3. c. fin. x. de deſp. impub.*

nitum, quod & in adoptivis locum habet, licet diſſoluta adoptione [a]. In linea obliqua, jus civile tantum vetat conjungi qui ſibi parentum liberorumque loco ſunt, nec non fratres & ſorores, etiam adoptivos, adoptione durante [b].

11 Parentis autem loco dicitur qui immediate ſtipiti ſubjectus eſt, ex quo ipſe aliaque remotior cognata perſona deſcendit, qualis ego ſum fratris mei filiæ, nepti, pronepti, &c. [c].

12. Quartum impedimentum facit affinitas, quæ eſt neceſſitudo inter conjugem & alterius conjugis cognatos [d]. Affinitatis autem veneratione abſtinendum eſt à nuptiis eorum qui nobis inſtar parentum aut liberorum aut fratrum ſororumve ſunt [e].

13. Quintum impedit honeſtas & pudor naturalis. Semper enim in conjunctionibus non ſolum quid liceat conſiderandum, ſed & quid honeſtum ſit [f]. Hinc nec filiam uxoris poſt divortium natam [g], nec ſervili cognatione mihi junctam recte duco [h].

a §. 1. *h.* l. 14. *pr.* §. 1. *ff eod.*
b §. 2. *& §. 5. h.*
c § 3. *h.*
d *l.* 4. §. 3 *ff de grad. & affin.*
e § 6. *& §* 7. *h.*
f *l.* 42. *ff de rit. Nupt.*
g §. 9. *h.*
h §. 10. *h.*

14. Sex-

14. Sexto ratio juris Civilis vetat matrimonium tutoris, curatoris ejuſque filii & nepotis, cum pupilla vel adulta a. Item Præſidis cum provinciali b: ſuſceptæ ex baptiſmo cum ſuſceptore c: Chriſtiani cum Judæa d: raptoris cum rapta e. Olim & inter Senatorem & plebeiam aliamve humilem f, quod poſt mutatum g.

15. Juris Pontificii prohibitio latius patet, ut Pontifici ex permiſſione prohibitorum conjugiorum uberior ſit quæſtus. Nam ne quarto quidem gradu pontificio, hoc eſt, ne octavo quidem gradu jure Civili conjuncti collaterales ſecundum Canones noviſſimos matrimonium recte contrahunt h. Quinto demum gradu Pontificio poſſunt conjungi, nec diſtinguitur an ſint ſibi parentum liberorumve loco. Sed & ob affinitatem & ſpiritualem cognationem inter ſuſceptorem & ſuſceptam latior eſt Canonica prohibitio i.

16, Septimum & ultimum requiſitum facile intelligitur ex fine potiſſimo matrimonii, qui eſt procreatio ſobolis, ad quam ineptus eſt vir caſtra-

a *l. 59. ff. h.* b *l. 57. l 63. ff. h. t t.* c *C ſi quac: præd. pot.* c *l. 26. C. h.* d *l. 6. C. de Judæis.* e *l un. C. de rapt.* f *l. 23. l 44. ff. h.* g *l ult. C. d. Nupt. auth. ſed novo C. de Nat. lib.* h *c. 8. x. de conſang. & aff.*

i *cauſ 30. q. 1. add. lib. 7. Decr. lib. 4. t. 2. c. 2.*

caſtratus, frigidus : mulier nimis arcta, ſimilive vitio perpetuo laborantes a.

17. Ad formam autem Nuptiarum jus Civile tantum requirit conſenſum, tum contrahentium, tum eorum, quorum illi in poteſtate ſunt, parentum: qui juſſus etiam præcedere debet b.

18. Conſenſus autem conſtat duobus. 1. intellectu, 2. appetitu ſive voluntate. Unde certa regula eſt, quæ obſtant vel intellectui, ut error ſubſtantialis, dolus, amẽtia c: vel voluntati, ut vis metuſque major d, & conſenſum & matrimonium vitiare.

19. Ius Civile autem tantum eorum parentum conſenſum requirit in quorum poteſtate ſunt liberi : niſi quod nepos cum patre in avi poteſtate conſtitutus, patris quoque, in cujus poteſtate non eſt, opus habet conſenſu e. Licet autem naturalis & Civilis ratio parentum conſenſum requirat f, Canones recentiores tamen non requirunt g.

20. Si adverſus ea quæ diximus aliqui coierunt, nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium nec dos,

a *l* 39 §. 1 *ff de jure dot.* *t t.* x. *de frig & malef.*
b *pr. Inſt. h.*
c *l* 8. *ff de Spon. cauſ.* 29. *q.* 1. *c. un.*
d *l.* 14. *C de Nupt. c.* 9. *de deſp impub. junct* *l* 22. *ff. h.*
e *l.* 16. § 1. *ff h.*
f *pr. Inſt h.*
g *c. ſufficiat cauſ.* 27. *q* 2. *Concil. Trid. ſeſſ.* 24.

dos, nec liberi legitimi intelligun-tur a. Niſi forte Majeſtas contra pro-hibitionem juris Civilis (non divini) nubere permiſerit, ſeu diſpenſatio-nem (ut hodie ajunt) conceſſerit b. Si quis alias prohibitas nuptias con-traxerit, pro qualitate delicti etiam punitur c.

21. Recte contracta matrimonia ſolvuntur vel morte vel divortio.

22. Divortium eſt diſſolutio ma-trimonii eo animo facta, ne diver-tentes unquam iterum conjungan-tur d.

23. Fiebat olim vel bona gratia, cum mutuo conſenſu diſcederent e. Quod abrogavit Iuſtinianus f, redu-xit Iuſtinus g: Vel mala gratia, cum invita altera parte ob culpam ſeu cauſam ejus diſcederetur. Cauſas au-tem ejuſmodi jus Civile etiam no-viſſimum complures & leviores a-gnoſcit h: Ius divinum tantum duas; ſcil. 1. adulterium i, 2. malitioſam deſertionem k. Ius Canonum nullas l, permittens tantum ſeparationem to-ri & menſæ, quod proprie divortium non eſt. *De*

a § 12. *h.* b *t. t. C. ſi Nupt. ex Reſcr. pet.* c *l. ult. ff. h. auth. inceſtas. C. de Inceſt. nupt. t. t. ff. & C. ad L. Iul. de adult.* d *l.* 191. *d. V S.* *l.* 3. 7. *ff de divort.* e *l.* 62. *ff de don. int. V. & Ux.* *l.* 9 *C. d. divort. Nov.* 22 *c* 4.

f *Nov.* 117. *c.* 10 g *Nov.* 140. h *Nov.* 22 *c.* 5 *Nov.* 117. *c.* 8. *&* 9. i *Mat.* 19. 9. k 1 *Cor.* 7. 15. l *can.* 4. 30. 22. *q.* 7. *cauſ.* 32.

De Legitimatione.

24. Secundus modus acquirendi patriam poteſtatem eſt legitimatio: quæ eſt actus legitimus, quo liberi naturales fiunt legitimi [a].

25. Naturales autem liberi hic dicuntur, qui ex concubina nati ſunt [b]. Concubina autem erat mulier vilioris conditionis [c], quam quis uxorem non habens [d] loco uxoris in domo habebat [e], dignitate & animi deſtinatione ab uxore differentem [f].

26. Ergo extra concubinatum (qui per leges nomen aſſumſit [g]) nati, ſive ex meretrice, qui patrem certum demonſtrare non poſſunt, ſive ex ſtupro, adulterio, inceſtu, jure Romano non legitimantur.

27. Legitimandi autem modi potiſſimum tres in jure obſervantur. 1. Oblatio curiæ. 2. Subſequens matrimonium. 3. Reſcriptum Principis.

28. Oblatio curiæ fiebat, cum pater filium naturalem ad munus decurionum (qui in municipiis inſtar Senatorum multiſque nexibus & oneribus obnoxii erant [h]) ſubeundum,

a §. 13. *h*
b *d.* §. 13.
c *l.* 3. *ff de Concub.*
d *l. un. C. de Concub.*
e *l.* 44. *ff d V. S.*
f *l* 4. *ff. de Concub*
g *l.* 3. §. *ult ff. eod.*
h *t. t. ff & C. de decur.*

vel

vel filiam naturalem decurioni nubendam offerret [a].

29. Secundo fit legitimatio, cum pater concubinam, ex qua liberos habet naturales, uxorem ducit [b]. Jure Canonico etiam nati ex muliere non concubina ita legitimantur [c]. Ad formam legitimationis hujus nihil requiritur, niſi matrimonium quocunque modo & tempore contractum, quo ſecundum leges contrahi poteſt. Effectus autem longe maximus eſt, cum ſic legitimati per omnia legitimis æquiparentur [d].

30. Tertio fit legitimatio, cum pater vel ipſi liberi naturales Imperatori (hodie & Pontifici [e]) preces offerunt; prolato ſimul teſtamento patris, in quo heredes ſcripti ſunt, petuntque jura legitimorum liberorum, cumque Princeps his deſideriis annuit [f]. Hæc autem legitimatio regulariter tum demum fit, 1. cum non adſunt liberi legitimi [g]: 2. cum pater per ſubſequens matrimonium legitimare non poteſt [h]. Sic autem legitimati etiam fiunt quidem legitimi, ſed non tam plene ut legitimati per

a *l. 9. C. de Nat. lib. Nov. 89 c. 2.*
b *§. fin. Inſt. h. l. 5. C. de Nat. lib.*
c *c. 1. c. tanta x. qui fil. ſint. legit.*
d *l. 5. l. 10. C. de Nat. lib. d. c. tanta.*
e *c. 13. x Qui fil. ſint legit.*
f *Nov. 89. c. 9. Nov. 74. c. 2.*
g *d. Nov. 74. c. 2.*
h *d. Nov. 74. d. Nov. 89.*

per ſubſequens matrimonium. Vide infra de Succeſſ. ab inteſtato.

31. Cæterum cum pater filium vel filiam in inſtrumento publico vel privato, cui tres teſtes ſubſcripſere, vel in teſtamento, vel apud acta appellaverit, ſine mentione quod nothus ſit, non legitimaſſe, ſed matrimonium præcedens & filium legitimum agnoviſſe cenſetur [a].

a *Nov.* 117. *c.* 2.

Tit. XI.

De Adoptionibus.

1. Tertius modus acquirendi patriã poteſtatem eſt adoptio: quæ eſt actus legitimus [b], quo liberos alienos [c] non invitos [d] in jus liberorum noſtrorum adſciſcimus [e].

2. Videndum autem 1. quot modis fiat adoptio & quæ ſit forma & effectus ſingularum ſpecierum adoptionis. 2. Qui iſtis modis adoptare 3. Qui ita adoptari poſſint.

3. Quod primum caput attinet, adoptio duplex eſt, vel Adoptio in ſpecie dicta, vel Arrogatio [f].

4. Adoptio in ſpecie dicta eſt, qua per-

b *l.* 3. *ff. de off. proc. l.* 1. 2. *ff. h.*
c *l.* 7. *C. de nat. lib.*
d *l. ult. ff. de his qui ſunt ſui vel al. jur.*
e *pr.* & *t. t. Inſt. ff.* & *C. h.*
f §. 1. *h.*

perſona in alterius patris ſive naturalis ſive adoptivi poteſtate [a] conſtituta, auctoritate Magiſtratus adoptatur: ſive ab aſcendente, quo caſu hodie tranſit in poteſtatem adoptantis [b], ſive ab extraneo, quo caſu non tranſit nec filiusfamilias fit, licet filius fiat [c].

5. Arrogatio eſt adoptio, qua perſona ſui juris, olim auctoritate populi, poſt Principis, in filiumfamilias aſſumitur: ita ut ipſe cum liberis omnique fortuna in poteſtatem arrogatoris tranſeat [d].

6. Multum ergo & ratione perſonæ adoptandæ, & ratione auctoritatis & modi, & ratione effectus differunt adoptio & arrogatio.

7. Quod autem ad ſecundum caput ſive perſonas adoptantes & arrogantes pertinet, in illis requiritur 1. juſta ætas, ut non tantum pater adoptans plena pubertate, hoc eſt 18 annis major ſit filio [e] (Nam adoptio naturam imitatur) ſed & ut ipſe pater non ſit minor 60 annis: niſi ex cauſa forte juniori adoptare permittatur [f]. 2. In patre requiritur ut careat vitio, quod generationem per-

a §. 6. *h.*

b §. 2. *h. l. pen. C. eod.*

c *d.* §. 2.

d §. 1. §. 11. *Inſt. h. l.* 2. *pr. l.* 15. *ff. h.*

e §. 4. *Inſt. h. l.* 40. §. 1 *ff. eod.*

f *l.* 15. § 2. *ff. h.*

perpetuo impedit a. 3. Ut ſint mares & patriæ poteſtatis capaces b. Excluduntur ergo fœminæ: quæ tamen hodie ob ſolatium liberorum amiſſorum permittente Principe adoptant quidem, at non ut patriam poteſtatem conſequantur, ſed tantum jus vocandi educandique liberos & ſucceſſores ab inteſtato habeant c. 4. Ut neque tutor neque curator fuerit adoptans d.

8. Quantum ad tertium caput, requiritur in perſona adoptanda 1. ut ſit libera. Servus ſi adoptetur non fit filius ſed liber e. 2. Ut ratione ætatis & conditionis per naturam poſſit eſſe filius adoptantis. Filius autem an in locum nepotis vel pronepotis adoptetur, etiam ejus qui filium non habet: aut an nepos in locum filii, nihil intereſt f.

9. Poteſt & pubes, & ex conſtitutione Antonini impubes adoptari & arrogari g. In arrogatione tamen impuberis & major cautio, & effectus ſingulares notandi, & 1. quidem accuratior cauſæ cognitio hic requiritur, imprimis an arrogatio illa impuberi ſit honeſta & utilis, & an ex

a §. 9. *Inſt. h. l* 2. §. 1. *l.* 40. §. *ult. ff. eod.*
b §. 10. *Inſt. h.*
c §. 10.
d *l.* 17 *pr. h.*
e §. *ult. Inſt. h.*
f § 5. & 6 *h.*
g *l.* 8. §. 15. *ff. de Inoff. teſt l.* 1. § 2. *ff. de Collat bon. Ulp. tit.* 8.

ex naturali affectione procedat a. a l. 17.
2. ut arrogator ſatiſdet ſi infra pu- §. 1. 2.
bertatem pupillus deceſſerit, reſtitu- & ſeq.
turum ſe bona illis, qui,ſi adoptio fa- h.
cta non eſſet, ſuccedendi jus habe-
rent b. Effectus ſingulares ſunt etiam b §. 3.
1. circa emancipationem aut exhe- Inſt h.
redationem ex juſta cauſa, quo caſu cd §. 3.
pater filio tantum bona ſua reddit c. dd §. 3.
2. circa emancipationem & exhere- l. ult.
dationem ſine cauſa, quo caſu eman- in fin.
cipatus ſive exheredatus & ſua & ff ſi
quartam partem patris arrogatoris quid in
bonorum accipit d. fraud. pat.

Tit. XII.

Quibus modis jus Patriæ poteſtatis ſolvitur.

1. Patria poteſtas ſolvitur potiſſimum tribus modis, 1. morte, 2. emancipatione, 3. dignitate.

2. Mors eſt vel naturalis tum pa- e pr
tris tum filii : quæ utraque poteſta- Inſt. h.
tem patriam ſolvit : niſi cum avo f §. 1.
mortuo filius in poteſtatem patris & 5.
ſui recaſurus eſt e : Vel civilis, cum h §. 1.
pater aut filius deportatur, aut ſive de cap. dim
pœnæ, ſive alterius ſervus fit f. l. 209.
d. R. I.

3. E-

3. Emancipatio eſt actus legitimus quo liberi de manu ſive poteſtate patris dimittuntur. Eaque eſt 1. vel legitima, quæ ſecundum LL. XII. tabb. per imaginarias venditiones & intercedentes manumiſſiones fiebat, qui modus velut liberis injurioſus ſublatus a. 2. Anaſtaſiana, quæ ſecundum conſtitutionem Anaſtaſii, auctoritate fit Principis b: Vel 3. Juſtinianea, quæ fit auctoritate Magiſtratus c.

4. Videtur & quædam præſumpta emancipatio, cum pater vel infantem exponit d, vel filium diu paſſus ſit ut patrem familiæ vivere e.

5. Regulariter autem nec inviti parenres emancipant f, nec inviti liberi emancipantur, aut familia ejiciuntur: niſi utrumque forte juſtam ob cauſam fiat g.

6. Dignitas autem jure antiquiſſimo nulla: ſecundum Juſtinianum ſola Patriciatus, hoc eſt, eorum qui Principi à conſiliis & inſtar patrum erant h, tollebat patriam poteſtatem; quod tandem productum ad omnem digni-

a §. 6. *h. l. pen. & ult C. de emanc.* b *d. §. 6. d. l. pen.* c *d § 6. d. l. ult.* d *l. 2. C de infant. expoſ.* e *l. 1. C. de pat. pot.* f *§. fin. h.* g *l ult. ff. ſi quis à par. man. l. 12. C. de Epiſc. aud. l. 92. ff. de cond. & dem. l. 32. ff. de adopt.* h *§. 4. h.*

dignitatem quæ à curia liberat a & nominatìm ad Epiſcopatum b.

7. Adoptio proprie non eſt modus tollendi patriam poteſtatem, licet qui aſcendenti filium ſuum adoptandum dat, jus ſuum amittat c.

8. Nec captivitas ad hos modos pertinet. Sive enim ab hoſtibus captus revertitur, jure poſtliminii omnia recuperat, quaſi non abfuiſſet d: ſive apud eos decedit, Lege Cornelia ſtatim cum captus eſt mortuus eſſe fingitur e.

a *l fin. C. de Decur. Nov.* 81. *c.* 1. § 1. b *Nov.* 81. *c.* 3. c §. 8. *h.* §. 2. *Inſt. de adopt.* d §. 5. *h.* e *l.* 12. *ff. Qui teſt fac. poſſ. l.* 18. *ff. d. capt. & poſt.*

Tit. XIII.

De Tutelis.

1. Tantum de hominibus alieni juris; homines ſui juris vel ſunt in tutela aut cura, vel neutro jure tenentur f.

2. Tutela eſt vis & poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem ſe defendere nequit, Jure civili data & permiſſa g.

3. Eſtque triplex Teſtamentaria, legitima vel dativa.

4. Teſtamentaria proprie dicta eſt

f *pr. h.*

g §. 1. *h. l.* 1. *ff eod.*

eſt cum pater liberis impuberibus,
a §. 4. h. ſive natis, ſive poſthumis [a] in poteſtate ſua conſtitutis, teſtamento, vel codicillis teſtamento confirmatis
b §. 3. h. l. 3. ff. de teſt. tut. tutorem dat [b].

5. Quaſi teſtamentaria non verè teſtamentaria ergo eſt tutela, cum pater emancipatis filiis, vel aliis quidem ſed codicillis non confirmatis teſtamento tutorem dat, qui tamen
c §. 6. h. l. 1. ff de confirm. tut. ſine inquiſitione à Magiſtratu confirmandus eſt: nec non cum mater liberis heredibus inſtitutis tutorem dat, cum inquiſitione à Magiſtratu confirmandum [c].

Tit. XIV.

Qui teſtamento tutores dari poſſunt.

1. Magna autem eſt poteſtas patris in dando tutore: tum, quod perſonas attinet quas dat: tum, quod modum ad quem dat.

d pr. h. junct. 9. ff. de his qui ſunt ſui. 2. Dari enim teſtamento poſſunt tutores omnis generis viri [d], non tantum patres, ſed & filiifamilias: qui in ejuſmodi publicis muneribus pro patribus habentur. Sed & furioſus, mi-

minor, & ſervus tutores teſtamento dari poſſint: quanquam quamdiu eo ſtatu ſunt officium ſuſcipere aut facere non poſſint a. Interim enim dum furioſus nondum mentis compos factus eſt, nec minor ætatem xxv annorum complevit, curator à Magiſtratu datur b, qui dati tutoris officio fungitur, & tutor etiam quandoque dicitur c.

3. Servus autem proprius tutor datus directam; alienus, fideicommiſſariam accipit libertatem, etſi teſtator libertatis mentionem nullam fecerit d.

4. Ad modum tres pertinent regulæ: 1. Tutor teſtamento dari poteſt ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel ſub conditione, vel ante heredis inſtitutionem e. Interim dum dies vel conditio exſpectatur, datur alius à Magiſtratu f.

5. Certæ rei vel cauſæ tutor dari non poteſt, quia perſonæ, non cauſæ vel rei tutor datur g; niſi forte dandus ſit rei longius diſtanti h.

6 Verba quibus teſtator tutorem dedit proprie ſunt accipienda. Unde

C filiis

a §.2. *h.*
b *l* 10. § 7 *ff. de excuſ.* §.5. *Inſt de Curator.*
c *l.*12. *ff de tutel.* *l* 15. *& ſeq. de tut. dat.*
d §.1. *h.l.*10. § *alt. ff. de teſt. tut.*
e § 3. *Inſt. h.*
f *l.* 11. *ff. de teſt. tut.*
g §.4. *h*
*l.*12. *& ſeq. ff. de teſt. tut.*
h *l* 15. *ff. de teſt tut.* *l.*21. § 2. *ff. de excuſ.*

a § *ult.* filiis & filiabus datus, etiam quidem *b l. 6.* poſthumis, ſed non nepotibus datus *ff. de* intelligitur. Liberorum & poſtero- *teſt.* rum vero appellatione nepotes quo- *tut. l. 120.* que continentur a. *d. V. S.*

TIT. XV.

De Legitima Agnatorum tutela.

1. Cum ſpes teſtamentariæ tutelæ deficit ſuccedit legitima b. quam lex defert.

b *pr. & § 2. h. l. 11. ff de teſt. tut.*

2. Lege autem XII. tabb. ad tutelæ onus vocatur proximus agnatus c. quod commodum hereditatis ab inteſtato habebat d.

c *d pr. h.* d *l 1. ff. de legit. tut.*

3. Sunt autem agnati cognati per virilis ſexus cognationem conjuncti: quaſi à patre cognati e. Horum conditio jure veteri in plurimis præſtabat conditione cognatorum ſpeciatim dictorum.

e *§. 1. h.*

4. Cognati autem in ſpecie dicti ſunt, per fœminini ſexus perſonas cognatione juncti f, quique agnati jus ſuum aliqua capitis diminutione amiſerunt.

f *d § . 1. h.*

5. Uti enim agnatorum prærogativa Jure civili introducta eſt, ita ſecun-

cundum idem omni capitis diminutione tollitur: quæ autem cognati ex jure naturæ habent jura, maxima & media tantum capitis diminutione tolluntur [a]. a§. ult. h. §. 6. Inf. de cap. dim.

Tit. XVI.

De capitis diminutione.

1. Eſt autem capitis diminutio prioris ſtatus mutatio [b]. b pr. h.

2. Eſtque triplex: maxima, minor ſive media, & minima [c]: pro triplici ſtatu, ſeu conditione hominis: ſcilicet libertatis, civitatis & familiæ. c d. pr. h.

3. Maxima eſt, cum quis libertatem & conſequenter jus civium & omnia amittit [d], quod ſervis factis contingit. d §. 1. h.

4. Minor ſive media eſt, cum ſalva libertate civitas, & conſequenter jus familiæ amittitur: quod fiebat aquæ & ignis interdictione, cui ſucceſſit deportatio [e]. e §. 2. h.

5. Minima eſt, cum ſalva libertate & civitate familia amittitur: quod accidit emancipatis & arrogatis [f]. f §. 3. h.

6. Ergo nec manumiſſio ſervi [g], g § 4. h.

 nec

a§. 5. nec dignitatis amiſſio a, nec relegatio, capitis diminutio eſt.

Tit. XVII.

De Legitima Patronorum tutela.

1. Etſi Lex XII. tabb. agnatum tantum ad tutelam verbis vocaret, ratio tamen ejus ſupra dicta etiam vocat patronum ejuſque liberos, ad tutelam libertorum impuberum, quorum hereditatem ſperarē poterant b.

b pr. h. l. 3. ff. de legit. tut.

Tit. XVIII.

De legitima Parentum tutela.

1. Exemplo Patroni receptum eſt, ut pater ſit legitimus tutor filii nepotiſve impuberis emancipati c. Nam & parens manumiſſor Patronus videbatur: & filius manumiſſus libertus d.

c t. t. h.
d l. 1. ff. ſi à par. quis man. §. ult. Inſt. de leg. ag. ſucceſſ.

Tit. XIX.

De Fiduciaria tutela.

1. Non quidem ratio Legis XII. tabb. ſed cauſa fiduciæ effecit,

ut

ut mortuo parente qui emancipaverat, liberi ejus perfectæ ætatis tutores legitimi haberentur, vel fratris ſororiſve, vel cæterorum ſimilium emancipatorum a.

2. Sed omnis hæc diſtinctio inter agnatos & cognatos, nec non inter cauſas legitimæ tutelæ inutilis facta eſt, poſtquam Juſtinianus agnatorum & cognatorum jura in ſucceſſionibus & tutelis exæquavit b. Ad cognatum ergo qui proximus eſt, vel ſi plures ejuſdem gradus ſunt, ad omnes eos c pertinet tutela.

3. Sed & illud juris novi & extraordinarium eſt: quod ad virile hoc munus d, mater & avia ſi velint, ſique renuncient ſecundis nuptiis & Senatuſconſulto Vellejano, admittantur, omnibuſque aliis conjunctis præferantur e.

a *l. ſ. ult. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. l. 4. de legit. tut.*
b *Nov.* 118. *c.* 4.
c § *ult. de cap. dim.*
d *l.* 2. *d R. J.*
e *auth. matri & avia C. quand. mul. tut. off. fung.*

TIT. XX.

De Attiliano tutore & eo qui ex Lege Julia & Titia dabatur.

1. Tantum de tutela teſtamentaria & legitima, quæ cum omnino vel ad tempus ceſſat, tutor datur à Magiſtratu f.

f §. 1. *h.*

2. Non

2. Non autem olim apud Romanos omnis Magiſtratus jure ſuo exercebat hanc poteſtatem: ſed is, cui hoc Lege, Senatuſconſulto aut Principis conſtitutione nominatim conceſſum erat [a]: quod Lex Attilia Prætori & Majori parti Tribunorum, Julia in Urbe, & Titia Præſidibus in Provinciis, aliæ aliis tribuerunt [b].

Tit. XXI.

De Auctoritate tutorum.

1. Hæc de Speciebus tutorum. Omnium autem officium eſt, non tantum perſonam pupilli probe educandam & inſtruendam curare [c], ejuſque res & negotia diligenter, & ut bonum patremfamilias decet, adminiſtrare [d], ſed & negotiis, quæ pupillus qui infantiam egreſſus eſt [e], cum aliquo periculo rei familiaris gerit, auctoritatem interponere [f].

2. Eſt autem auctoritas, negotii à pupillo cum extraneo gerendi expreſſa approbatio, ſtatim in ipſo negotio facienda [g].

3. Dicitur *cum extraneo*: quia tutor

a *l. 6. §. 2. ff de tut.*
b *t. t. 8.*
c *l. 12. §. 3. & t. t. ff. de admin & peric.*
d *l. 33. pr. l. 13. & t. t. de adm. & peric. tut.*
e *§. 10. Inſt. de inut. ſtip. l. 5 de R. I.*
f *pr. & t. t. h.* g *§. 2. h. l 3. l. 14 ff. eod.*

tor in rem ſuam auctor fieri non poteſt: ſed ad hoc curator, ſi forte quod negotium cum tutore gerendum erat (quod hodie vix fit a) dandus eſt b.

4. Pupillus autem ſine tutoris auctoritate negotium gerens, alios quidem ſibi obligat; ipſe aliis civiliter non obligatur: adeoque ſic conditionem ſuam poteſt facere meliorem, non deteriorem c. Præterquam quod ne lucroſam quidem hereditatem ob ſolum metum damni acquirere poſſit d.

a *Nov.* 72 *c.* 1. & 2.
b § *ult. h.*
c *pr. h. l.* 13. § *antepen. ff. de act. empt.*
d § 1. *h.*

Tit. XXII.

Quibus modis tutela finitur.

1. Tutela finitur vel facto hominis, per excuſationem tutoris: vel per remotionem ſuſpecti e: de quibus infra: vel ipſo jure.

2. Modi quibus tutela ipſo jure finitur alii pertinent ad omnes tutelas, ut mors naturalis & civilis, ſive tutoris, ſive pupilli f, nec non pubertas ſupra definita g: alii tantum ad certas ſpecies tutelarum. Sic teſtamentaria finitur exiſtente die

e § *ult. h.*
f § 3. *h.*
g *pr. h.*

a §. 2. & 5 h. vel conditione teſtamento adjecta a: Legitima agnatorum olim minima
b §. 4. h. capitis diminutione b.

3. Denique alii ex his modis tutelam omnimodo finiunt: ut mors pupilli & pubertas: alii tantum in
c l. 11 ff. de teſt. tut. perſona tutoris, in cujus locum alius quandoque legitimus, quandoque à Magiſtratu datus ſuccedit c.

Tit. XXIII.

De Curatoribus.

1. Tutelam ſequitur cura: quæ eſt vis & poteſtas adminiſtrandi bona eorum qui vel per ætatem minorem XXV annis, vel per animi corporiſque vitium ea adminiſtrare ne-
d pr. & §. 3. h. queunt d.

2. Cura fere eſt unius generis. Dantur enim Curatores à Magiſtratibus & quidem ab iiſdem, à quibus
e §. 1. h. tutores e.

3. Teſtamento non dantur curatores, cum patri poſt pubertatem de bonis filii teſtamento ſtatuere non liceat. Datus tamen ab eo curator
f d. §. 1. confirmatur decreto f.

4. Nec proximi agnati Lege curatores

tores fiunt minorum : à quorum hereditate teſtamento excludi poſſunt. Aliud Lex XII. tabb. in furioſis & prodigis (quibus bonis à Magiſtratu interdictum) volebat, poſt antiquata[a].

5. Inviti autem adoleſcentes jure Civili curatores non accipiunt præterquam in litem[b]. Sed ipſi ſibi petebant curatores[c], nec matri[d], nec aliis hoc licet[e]; Tutores tamen puberes hoc ut faciant monere coguntur[f].

6. Qui autem ſemel petierunt, acceperuntque curatorem, eis rei ſuæ adminiſtratio committi non debet quamvis rem bene gerentibus[g]: niſi impetrata venia ætatis[h].

7. Interdum ipſis pupillis curator datur ob temporarium tutoris impedimentum aut excuſationem. Regula enim eſt: tutorem habenti tutorem dari non poſſe[i]. Interdum vice tutoris aut curatoris fungitur Actor.

8. Actor autem hic dicitur adjutor tutoris, vel curatoris, ab eodem nominatus, à Magiſtratu confirmatus, ut adminiſtret periculo nomi-

a §. 3. *h.*
b §. 2. *h.*
c *l.* 2. §. 4. *fin. ff. Qui pet. tut.*
d *l.* 1. *ff. eod.*
e *d. l.* 2. §. 5. *Qui pet. tut.*
f *l.* 5. §. 5. *ff. de adm. & peric. tut.*
g *l.* 1. §. *fin. ff. de minor.*
h *l.* 2. *C. de his qui ven. æt.*
i §. 5. *h.*

nantis tutoris vel curatoris, cum nec ipſi ob morbum aliudve impedimentum rem gerere, nec (quia Domini non ſunt) procuratorem ad hoc conſtituere, nec pupillis minoribuſve forte quod infantes aut abſentes ſunt, ut conſtituant, auctores fieri poſſunt [a].

[a] *§ ult h. l. un. C. de Act. à tut. vel cur. dand.*

Tit. XXIV.

De Satiſdatione Tutorum & Curatorum.

1. Dictum de tutela & cura ſeparatim, ſequuntur tria utrique ſpeciei communia. 1. Satiſdatio, 2. Excuſatio. 3. Suſpecti poſtulatio.

2. Uti inconſulta impuberum adoleſcentumque ætas multis expoſita eſt inſidiis [b], ita multæ ut fortunas ſuas ſalvas habeant, jure introductæ ſunt cautiones & remedia, quæ intelliguntur tum ex illis, quæ tutori ſtatim ab initio facienda incumbunt: tum ex actionibus & remediis, quibus plerumque finito eorum munere pupilli & adoleſcentes damnum paſſi juvantur.

[b] *l. 1. pr. ff. de min.*

3. Tria autem potiſſimum ab initio

tio facienda. 1. Jusjurandum [a]. 2. Inventarium [b]. 3. Satiſdatio, ſive cautio quæ fit datis fidejuſſoribus rem pupilli vel adoleſcentis ſalvam fore [c].

4. Hanc cautionem Legitimi quidem tutores ſemper præſtant, teſtamentarii nunquam, quia pater præſumitur ſatis bene liberis proſpexiſſe [d]: Dativi autem tutores & curatores illi, quos minores Magiſtratus, ut Scriba in Urbe, aut Duumviri in Provinciis dedere, non autem qui à Magiſtratibus, cum inquiſitione quæ eſt pro cautione, dantur [e].

5. Aliquando tamen & teſtamentarii & ex inquiſitione dati ſatiſdant, ſcilicet cum ex pluribus tutoribus datis unus cæteros provocat, ut vel ipſi ſatiſdent, vel ſibi ſatiſdare parato ſoli adminiſtrationem cedant [f]. Intereſt enim pupilli negotia ſua per unum potius quam per plures expediri.

6. Unde ſæpe teſtator, aut ſi is neglexerit, Magiſtratus ſtatuit quis ex pluribus adminiſtrare debeat: aut denique tutores ipſi ſtatuunt aut diviſionem tutelæ faciunt, ut aliqui vel par-

a *Nov.* 72. *c. ult. auth. Quod nunc. C. de cur. fur.*
b *l.* 7. *pr. ff. de adm. & peric.*
c *t. t. h. t. t. ff. rem pup.*
d *pr. h. l.* 7. *§ 5. C. de cur. fur.*
e *§. ult. l.* 13. *in fin. ff. d tut. & cur. dat.*
f *§.* 1. *h.*

partem tantum certam adminiſtrent; vel nihil, qui honorarii dicuntur, qui tamen re male geſta, etiam conveniuntur, ſed excuſſis prius facultatibus ejus qui geſſerit a.

7. Actiones autem & remedia, quibus pupilli vel adoleſcentes juvantur, ſunt vel ordinaria vel extraordinaria.

8. Ordinaria ſunt 4. 1. Actio tutelæ directa, qua agitur contra tutores & utiliter contra curatores: de qua infra ad tit. de Obligat. quæ quaſi ex contr. naſc. 2. Actio hypothecaria, qua agitur contra omnes, qui quid ex bonis, quæ tutoris vel curatoris fuerunt, cum tutor vel curator eſſet poſſident. Hæc enim tacite pignori obligata ſunt b, de qua actione infra tit. de act. 4. Actio ex ſtipulatu contra fidejuſſores, de qua infra ad tit. de Verb. Obligat. 4. Actio ſubſidiaria in factum contra Magiſtratus minores, qui vel nullam, vel non idoneam ſatiſdationem exegerunt c.

9. Extraordinarium remedium, eſt reſtitutio in integrum: quæ omnibus minoribus per ætatem circum-

a l. 3. §. 1. & 2. ff de adm. & peric. t. t. C. de divid. tut.

b l. 20. C. de admin. tut.

c §. 2. & ult. In.

cumventis aut læſis, etſi præſentibus tutoribus, aut curatoribus; imo etſi in judicio negotium, quo læſi ſunt, factum fuerit, ſubvenit [a].

Tit. XXV.

De excuſat. Tutorum & Curatorum.

1. Secundum commune eſt excuſatio, quæ eſt tutelæ vel curæ juſta deprecatio.

2. Ad juſtitiam autem ejus requiritur ut fiat, 1. ex cauſa, 2. modo, 3. tempore legitimis.

3. Cauſæ hic enumerantur 14. 1. numerus liberorum naturalium & ſuperſtitum. Romæ 3. in Italia 4. 5. in Provinciis [b]. 2. Adminiſtratio fiſci, vel cujuſcunque rei à Principe commiſſa cura [c]. 3. Abſentia Reip. cauſa [d]. 4. Poteſtas Magiſtratuum majorum [e]. 5. Lis de omnibus bonis vel majore bonorum parte [f]. 6 Triplex onus tutelæ non affectatæ [g]. 7. Magna paupertas [h]. 8. Morbus ſonticus [i]. 9. Imperitia literarum [k]. 10. Si teſtator ob inimicitias quem tutorem dederit [l]. 11. Inimicitia capitalis in-

a l. 1. ff & C. de min. l 2. C. ſi tut. vel cur. interv.

b pr. h. c §. 1. h. l 41. ff h. l. 10. C. eod. d §. 2. h. e §. 3. h l. 17. § 4 ff. eod. f §. 4. h. l 20. & 21. ff. eod. g § 5. h. l 2. § ult. ff eod. h §. 6. h. i §. 7. l un. C. Qui morb.

k §. 8. h. l §. 9.

inter tutorem & pupillum vel patrem ejus a. 12. Si pater pupilli ſtatus controverſiam moviſſet tutori b. 13. Ætas major 70. annis c. 14. munus Grammaticorum, Rhetorum, Medicorum, qui in numero ſunt & Romæ vel in patria has artes docent d. Sed & Juris Profeſſoribus omnibus idem tribuit Conſtantinus e.

4. Et hæ quidem cauſæ communes ſunt Tutoribus & Curatoribus: illa propria eſt curatoris, quod qui tutelam geſſit, jure Romano ejuſdem curator eſſe non cogatur f.

5. Minores autem & milites, nec non mariti, quod attinet curam bonorum uxoris, non excuſantur, ſed repelluntur g.

6. Modus excuſationis ita ſervandus eſt, ut tutor cauſam excuſationis proponat probetque Magiſtratui etiam à quo datus eſt: & ſi is cauſam rejiciat, à decreto rejectionis, non à datione appellet h. Sed & aliam poſt aliam excuſationem interponere poteſt i.

7. Tempus intra quod excuſatio proponenda eſt 50 dierum continuorum,

a § 11. *h. l. 3. §. 12. ff. de ſuſp. tut.*
b §. 12. *h.*
c §. 13. *h.*
d §. 15. *h.*
e *l. 6. C. de Prof. & Med.*
f § 18. *h.*
g §. 13. 14. 19. *h.*
h §. 16. *h. l. 1. §. 1. ff. Quãd. appell.*
i §. 16. *h.*

rum, ex quo cognovit quis ſe tutorem eſſe datum, ſi intra centeſimum lapidem ſive milliare Italicum habitet, ſi ultra habitet, pro ſingulis 20 milliaribus diem, & amplius 30 dies habet, ita numerandos, ne minus ſint quam 50 dies[a]. *a §. 16. l. 13.*

8. Atque talis juſta excuſatio demum liberat ab onere & periculo tutelæ & curæ, minime vero injuſta. Quin & qui falſis allegationibus immunitatem obtinuit, nihilominus obligatur ex eo tempore quo datus eſt[b]. *§. 1 ff. eod.* *b § ult. h. l. 1. l ult. C. ſi tut. vel cur. falſ. excuſ.*

Tit. XXVI.

De Suſpectis Tutoribus & Curatoribus.

1. Tertium commune eſt remotio ſuſpecti. Suſpectus autem tutor eſt qui non ex fide tutelam gerit[c]. *c §. 5. Inſt. h.*

2. In hujus crimine ſecundum Ulpianum 6. conſideranda. 1. Unde deſcendat, 2. Quis de eo cognoſcat, 3. Qui tutores ſuſpecti poſtulentur, 4. Qui poſtulent, 5. Quibus ex cauſis, 6. Ad quem effectum & pœnam[d]. *d l. 1. § 1. ff. h.*

3. Ju-

3. Judicium de ſuſpectis tutoribus ex Leg. XII. tabb. deſcendit & optima ratione olim ſevere & frequenter exercitum fuit [a].

4. Cognitio de ſuſpecto tutore eſt juriſdictionis ordinariæ, ad omnes Magiſtratus pertinens [b].

5. Omnes tutores & curatores ſuſpecti poſſunt poſtulari, ſive teſtamentarii ſive alii, ne patrono quidem excepto: dummodo famæ ejus parcatur [c]. Idem de parente dicendum [d].

6. Poſtulare autem poteſt ſuſpectum quilibet ex populo. Eſt enim quaſi publica hæc accuſatio. Imo & mulieres pietate aliqua ad hoc ductæ [e], & minores, ex conſilio neceſſariorum. Non tamen impuberes [f].

7. Cauſa autem ſuſpecti poſtulationis non tantum eſt fraus & dolus, ſed & negligentia, inconſiderantia, ruſticitas, inertia in gerendo vel non gerendo admiſſa [g]. non autem paupertas [h].

8. Effectus accuſationis hujus inſtitutæ eſt, quod accuſato ſtatim interdicitur adminiſtratio [i]: Finitæ

a *pr h. l.* 1 *pr.* & § 2. *eod.*
b § 1. *l.* 1. § 3. *ff eod.*
c §. 2. *h*
d *l.* 2. *l.* 5. *ff de obſ. par. & pat. præſt.*
e §. 3. *h. l.* 1. §. 7. *ff. eod.*
f §. 4. *h.*
g §. 5. §. 12. *h. l.* 3. § *pen. & ult. ff. h.*
h *d.* §. 12.
i §. 7. *Inſt. h.*

au-

autem accuſationis juſtæ effectus eſt, condemnatio; qua non tantum plane removetur ſuſpectus, ſed & ob dolum & latam culpam fit infamis a, quin & corporali pœna quandoque afficitur Veluti cum libertus tutelam patroni liberorum fraudulenter geſſit: Vel cum tutor copiam ſui non fecit, ne pupillus alimenta conſequatur; vel cum tutor præſens per mendacium negat pupillo alimenta ſuppetere b. Si autem latitante tutore pupillus non poſſit alimenta conſequi, mittitur in bona ejus c.

a §. 6. *h.*

b §. 9. 10. 11. *h.*

c §. 9. *Inſt. h. t.*

LIB. II.

TIT. I.

De rerum diviſione & acquirendo ipſarum dominio.

1. Actum de perſonis, ſequitur tractatus rerum: in quo conſiderandæ, 1. diviſiones, 2. jura rerum.

2. Prima rerum diviſio eſt, quod res ſint vel in patrimonio noſtro vel extra patrimonium noſtrum d.

d *pr. h.*

3. In

3. In patrimonio dicuntur omnis generis res, corporales & incorporales, quæ in privatorum bonis exi-
a *l 49. d.V.S.* ſtunt, a, quas ſi poſſidemus exceptione defendere, ſi amittimus actione
b *l 52. d. A R.D.* recuperare poſſumus b.

4. Extra patrimonium dicuntur res, quæ ita in bonis privatorum ſive ſingulorum non ſunt: ut ſunt 1. res communes, 2. res publicæ, 3. res
c *d. pr. h.* Univerſitatis, 4. res nullius c.

5. Res communes ſunt, quarum proprietas eſt nullius; uſus omnium hominum communis: ut mare, aër,
d *§. 1. h.l. 14. ff d A. R. D.* aqua profluens d, nec non littus; quod intelligitur quatenus hybernus fluctus maximus excurrit e.

e *§. 3. h.l 96. 112. d.V.S.* 6. Res publicæ ſunt, quarum proprietas eſt certi populi uſus omnium hominum communis: ut flumina, portus f.

f *§. 2. h.* 7. Res Univerſitatis ſunt, quarum proprietas eſt Univerſitatis, uſus omnium eorum qui de univerſitate illa
g *§. 6. h. l. 6. §. 1 ff. eod.* ſunt; ut theatra, ſtadia, fora, paſcua publica g.

8. Univerſitas autem eſt ſocietas
h *l. Neratius d. V S.* vel collegium hominum, ad minimum trium h, diverſum à republica & fa-

& familia, ut ſunt municipia, vici, pagi, collegia Doctorum, artificum, &c.

9. Neque tamen omnium rerum quæ ſunt vel Univerſitatis vel populi ita communis eſt uſus, ceu intelligitur ex ærario, fiſco, & ſimilibus.

10. Res nullius fere 5 modis dicuntur, de quo veterum Interpretum eſt Verſiculus:

1. *Cenſura*, 2. *facto*, 3. *natura*, 4. *tempore*, 5. *caſu*
Res in nullius dicitur eſſe bonis.

11. Primo modo nullius dicunt, res ſacras, religioſas & ſanctas a. Secundo res pro derelictis habitas, quas quis eo animo abjecit ut eas nolit amplius eſſe in numero rerum ſuarum b. Tertio, feras, gemmas aliaque in mari & ſimilia c. Quarto, theſaurum d. Quinto hereditatem jacentem ſive non aditam e.

12. Res ſacræ ſunt quæ rite per Pontificem (vel Principem f) Deo ſunt conſecratæ. Unde etiam alienari prohibentur g, niſi forte ad redimendos captivos, aut Eccleſiam ære alieno liberandam, aut ad alendos pauperes, &c. h.

a §. 7. *h.*
b § 46. *h.*
c §. 12. *h.*
d §. 39. *h.*
e *l.* 1. *ff. de rer. diviſ.*
f *l.* 9. §. 1. *ff. de rer. div.*
g §. 8. *h.*
h *l.* 21. *& auth. ſeq. C. d. SS. Eccleſ.*

13. Re-

13. Religioſæ res dicuntur loca, in quæ cadaver aut cineres hominis mortui delati ſunt, ab eo qui jus inferendi habet, ut ibi perpetuo maneant a.

a §. 9. b l. 41. ff de relig.

14. Locum autem religioſum quilibet privatus quidem ita facit, ſi modo Dominus ſit ex aſſe. Nam nec ſocius invito ſocio ex loco puro communi religioſum facere poteſt, licet in commune ſepulcrum invito eo mortuum recte inferat b.

b d. §. 9. h.

15. Sanctæ res ſunt, quæ ſanctione aliqua munitæ & ab injuria hominum defenſæ ſunt: ut muri & portæ civitatis, in quorum violatores capitis pœna ſtatuta eſt c.

c § 10 h. t.

16. Atque hæc eſt prima Juſtiniani diviſio, à qua non valde differt ſumma illa Gaji diviſio in res divini juris (ut ſunt ſacræ, religioſæ & ſanctæ) & humani juris, quæ iterum vel in ſingulorum, vel nullius in bonis ſunt d.

d l. 1 ff. de rer. diviſ.

17. Secunda rerum diviſio eſt quod res ſint corporales vel incorporales, de qua tit. ſeq.

De Jure rerum & acquir. ear. domin. ex jure gentium.

1. Jus rerum duplex eſt. Vel enim eſt jus in rem vel in perſonam ad rem dandam vel faciendam, quod brevius vocant jus ad rem [a].

2. Jus in re eſt, quo res ipſa nobis devincta eſt, unde in rem agere poſſumus.

3. Jus ad rem, eſt obligatio, ex qua naſcitur actio in perſonam [b].

4. Jura in re ſunt 4. 1. Dominium, 2. Poſſeſſio, 3. Servitus & 4. Pignus [c].

5. Latius autem hic accipitur dominium ut & jus dotium & hereditarium, & eorum qui vindicationem Publicianam aut reſciſſoriam habent, comprehendat. de quo in tract. ſpec. de act.

6. Dominium autem eſt jus quo res eſt noſtra: ſive, quo libere de re ſtatuere eamque vindicare poſſumus.

7. Eſtque plenum, cum quis & proprietatem & utilitatem rei habet, vel minus plenum, cum quis alterutrum tantum habet. Et hoc eſt vel dire-

a c. 8. *de conceſſ. præb. in 6. & c. 40. de præbend. & dignit. in 6.*

b § 1. *Inſt. de act.*

c *l.* 3. §. 12. *ff ad exhib. l.* 13. *C. de judic.*

directum, cum quis proprietatem ſine utilitate habet : ut Dominus feudi aut emphyteuſeos : vel utile, cum quis utilitatem ſine proprietate habet, ut Vaſallus, emphyteuta.

8. Modi autem quibus dominium acquiritur vel ſunt juris naturalis
a §. 11. Gentiumve, vel ſunt juris Civilis a.
h. t.

9. Modi juris Gentium pertinent vel ad apprehenſionem vel ad acceſſionem.

10. Apprehenſio eſt modus acquirendi quo quis eo animo rem apprehendit ut ſuam faciat.

11. Apprehenſio eſt occupatio vel traditio.

12. Acceſſio eſt modus acquirendi, quo vi & poteſtate rei noſtræ aliam acquirimus.

13. Eſtque naturalis, artificialis vel mixta. Illa fit ſolius naturæ operatione; Iſta ſolo labore humano : hæc utroque.

14. Ad naturalem ſpectat. 1. alluvio quandoque & 2. appulſio, 3 inſula in flumine nata. 4. alveus à flumine relictus & 5. fœtura.

15. Ad artificialem ſpectat, 1. ſpecificatio, 2. confuſio, 3. commixtio. 4. ad-

4. adjunctio veluti inædificatio, ſcriptura, intextura, non vero pictura.

16. Ad mixtam ſpectat, 1. plantatio, 2. ſatio, 3, fructuum perceptio.

17. Modi autem acquirendi dominium juris civilis etiam duplices ſunt.

18. Vel enim ſunt univerſales, quibus univerſum patrisfamilias patrimonium aut partem ejus juris univerſi acquirimus: vel ſingulares, quibus res ſingulas acquirimus [a].

19. Univerſales ſunt quatuor: 1. hereditatis acquiſitio, 2. bonorum poſſeſſionis ſive Prętoriæ hereditatis adeptio, 3. arrogatio, 4. addictio bonorum libertatum conſervandarum cauſa [b].

20. Singulares ſunt, 1. Uſucapio, 2. Donatio quædam, 3. Legatum, 4. Fideicommiſſum ſingulare: de quibus nunc ſpecialius agitur: & quidem hoc titulo de modis juris Gentium, quorum prima apprehenſionis ſpecies eſt occupatio.

21. Occupatio eſt apprehenſio rei nullius. Nam quod nullius eſt naturali ratione cedit occupanti [c]. Nec

a § *ult. Inſt. per. quas. perſon. cuique.*

b *d.* §. *ult. Inſt. per quas perſon.*

c §. 12. §. 46. *h. l* 44. *ff. de Acq. R. D.*

Nec intereſt an quis in ſuo, an in alieno fundo occupaverit quod acquiſitionem rei occupatæ attinet Injuriarum tamen tenetur, qui alienum fundum invito Domino ingreditur a. Hinc ergo omnes feræ ut apes b, pavones c &c. captæ, non vulneratæ d, cedunt occupanti ejuſque eſſe intelliguntur donec cuſtodiam ejus evaſerint ſeque in naturalem libertatem receperint e. Captis autem manſuetis aut manſuefactis furtum fit, niſi hæc depoſita, revertendi conſuetudine ad ingenium ferarum redierint f.

a d §. 12. *h.*
b § 14. *h.*
c §. 15. *h.*
d §. 13. *h*
e § 12. *h.*
f §. 15. *& ſeq. h.*

22. Exceptio eſt in theſauro, qui definitur vetus depoſitio pecuniæ cujus memoria non extat g. Hic tum demum totus cedit inventori & occupanti ſi eum in ſuo loco invenerit. Si in alieno non data opera, media pars inventori, altera Domino loci cedit. Si data opera inventus ſit in alieno, totus cedit Domino loci. Magicis artibus ubicunque inventus cedit fiſco h.

g *l.* 31. *ff. d. A. R. D.*
h § 39. *h. l. un. C. de theſaur.*

23. Aliquando occupatione acquiruntur res quæ non ſunt nullius, ſed in patrimonio aliorum veluti ho-

hoſtium, ex quibus tamen immobiles cedere ei, cujus nomine bellum geritur, mobiles imprimis in acie captæ quandoque diſtribui, alias occupantibus relinqui ſolent a. a §. 17 h l.

24. Secunda apprehenſionis ſpecies eſt traditio. pen ff. ad L.

25. Traditio in genere eſt datio poſſeſſionis. Jul. pecul.

26. Eſtque vera vel quaſi traditio. l. 28. ff de capt.

27. Vera eſt, cum res mobilis de manu in manum traditur: vel cum quis in poſſeſſionem rei immobilis inducitur, quam Theophilus definit de manu in manum tranſlationem b. & poſt reverſ. b § 40 h. l. 1.

28. Quaſi traditio eſt, quæ fit vel per fictionem brevis manus, vel per ſymbolum ſive ſignum. §. pen. l. 3.

29. Fictio brevi manu fit, cum res quæ ante ex alia cauſa vere tradita eſt, ex alia poſtea denuo pro tradita habetur, & una traditio pro duplici reputatur c. §. 1. ff. de acq. poſſ. c § 43. h. t.

30. Symbolica traditio eſt, cum interveniente ſigno vel ſymbolo res ſignata habetur pro tradita: uti merces in taberna traditis clavibus l 3. §. pen. ff. de don. int Vir & Ux.

l. 43. §. 1. ff de jur. dot.

a *§.44. h.* tabernæ[a], trabes ſignatæ, &c.[b] Sic & uſus & patientia in ſervitutibus eſt pro traditione[c].

b *l.14. in fin. ff. de peric. & comm. rei vend*

c *l.ult. ff. de ſervit.*

31. Porro alia traditio eſt nuda, quæ nunquam transfert dominium[d]. Alia habet cauſam quæ vel uſum, ut in commodato, vel naturalem tantum poſſeſſionem, ut in pignore; vel ſervitutem, vel ipſum dominium transfert, quæ ſola eſt modus acquirendi juris Gentium: de quo regula eſt: Nihil tam conveniens eſt naturali æquitati, quam voluntatem Domini, volentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi[e].

d *l.31. ff. de A. R. D.*

e *§.40. h. l.21. C. mandat.*

32. Uti ad omnem alium actum, ita ergo & ad traditionem requiritur 1. voluntas & 2. facultas agentium.

33. Voluntas tradendi & acquirendi dominium non intelligitur, niſi ex cauſa donationis, venditionis, aliave ad transferendum dominium idonea[f].

f *d §. 40. l. 31. ff. de Acq. R. D.*

34. Facultas non intelligitur, niſi & tradens Dominus rei traditæ ſit, liberamque ejus adminiſtrationem habeat, & accipiens dominii ejus capax, & res talis ſit, quæ ita alie-

nari

nari poſſit, quales regulariter hodie ſunt omnes res mobiles & immobiles, quæ ſunt in commercio [a].

35. Cæterum res à non Domino tradita etiam quidem accipienti acquiritur, at non per traditionem, ſed per uſucapionem: ſecundum regulam: Traditionibus & uſucapionibus, non nudis pactis (hoc eſt conventionibus & contractibus, quos nulla traditio ſecuta eſt) dominia rerum transferuntur [b].

36. *Acceſsionis naturalis ſpecies.*

1. Alluvio eſt incrementum latens, quo quid agro noſtro paulatim ita adjicitur, ut intelligi non poſſit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur [c].

2. Appulſio eſt cum vis fluminis partem prædio tuo detractam ad vicini prædium appellit, cujus vicinus Dominus fit, cum pars cum prædio coaluit, veluti cum arbores jam radices egerunt: ante tua manet [d].

3. Inſula, quæ in medio flumine naſcitur fit eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident, pro modo latitudinis cujuſque fundi [e]: Ultra medium am-

a *d.* §. 40. *h.*

b *l.* 20. *C de pactis.*

c §. 20.

d §. 21. *h. l.* 7. §. 2. *ff. eod.*

e § 22. *h.*

nem ad unam ripam nata, ejus vicino poſſeſſori tota cedit. In mari ſi aliquando naſcatur, nullius eſt & occupantis fit [a].

4. Alveus à flumine relictus acquiritur etiam vicinis poſſeſſoribus pro modo prædiorum [b].

5. Fœtura acquirimus quicquid ex ancillis aut animalibus noſtris naſcitur: non tam quod accedant, aut uniantur rei noſtræ, quam quod ex ea naſcantur.

Quicquid enim ex re mea naſcitur meum eſt [c].

37. *Acceſſionis artificialis ſpecies:*

1. Specificatio eſt, cum ex aliena materia alius novam ſpeciem facit, eo animo, ut ſibi acquirat, quo caſu materia cedit formæ & res fit ſpecificantis, niſi ad priorem rudem materiam poſſit reduci. Neque tamen priſtinus Dominus fraudatur æſtimatione materiæ [d].

2. Confuſio eſt, cum duorum pluriumve res liquidæ invicem miſcentur, quæ fiunt communes ſi utriuſque voluntate aut caſu fortuito confuſæ ſint. Alias illius erit materia,

a §. 22. *l.* 7. § 3. *ff.*
b l. 29. *l.* 30. *eod.*
b § 23. *h. l.* 7. § 5 *ff. eod.*
c §. 19. *h. l* 44. *ff. d. R. V.*
d § 25. *h. l.* 7. §. 7 *ff. eod.*

teria, qui ignorante altero, confuſione novam ſpeciem fecit. Niſi res fortuito caſu confuſæ commode ſeparari poſſint a. a §.27. h. l. 7. §.9. ff. h. l. 5. ff. de Rei Vind.

3. Commixtio eſt, cum plurium res ſolidæ invicem miſcentur, quæ ſi utriuſque voluntate ſit facta, corpus vel acervum communem facit. Si caſu, vel altero ignorante contigerit, dabitur utrique rei ſuæ vindicatio, cujus forma quidem non eſt mutata: ſed tamen quia ſingula grana difficulter vindicari poſſunt, quiſque ex commixto acervo partem capit, & Judex arbitratur quale cujuſque frumentum fuerit, & quantum pecuniæ eo nomine alterum alteri præſtare æquum ſit: ut eadem fere ſit reſtitutio quæ in confuſione b. b §.28. h. l. 3. in fin. l. 5. ff. d.R.V.

4. De adjunctione eſt regula: quæcunque res alterius rei ita jungitur, ut vel pars ejus fiat, vel ſine ea ut fundamento ſuo eſſe non poſſit, cedit ei cui jungitur: ut purpura veſti, ædificium ſolo, ſcriptura chartæ c. c §.30. § 33. h.

5. Exceptio eſt in pictura ob præſtantiam artis d. d §.34. h.

38. *Mixta acceſſio.*

 Idem

Idem obtinet in ſpeciebus mixtæ acceſſionis, veluti plantatis & ſatis, ſecundum tritum illud:

Quicquid plantatur, ſeritur vel inædificatur,
Omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit a.

39. Ad mixtam acceſſionem quodammodo pertinet etiam fructuum ex alieno perceptio, quorum dominium accedit bonæ fidei poſſeſſioni. Nam bonæ fidei poſſeſſor omnes fructus ſive naturales, ſive induſtriales percipiendo indiſtincte facit ſuos b, & quidem conſumptos perpetuo jure. Extantes Dominus verus cum fundo vindicat, ſecundum regulam: Quicquid ex re mea ſupereſt meum eſt & à me vindicari poteſt c.

40. Fructus pendentes fundi pars eſſe videntur nec dicuntur percepti d.

41. Malæ autem fidei poſſeſſor indiſtincte omnes reſtituit fructus: non tantum perceptos, ſed & percipiendos e.

42. Omnes autem intelliguntur eſſe malæ fidei poſſeſſores poſt litem con-

a §. 31. & 32. *h.*

b §. 35. *h.* §. 2. *Inſt de Off. Iud.* *l.* 48. *ff d. A. R. D.*

c *l.* 49. § 1 *ff. de R V.*

d *l* 44. *d. R. V.*

e *d.* § 35. *l.* 22. *C. de R. V.*

conteſtatam, licet ante bona fide poſſederint [a]. a *l.* 25. §. *pen.* & *ult.* *ff. de Uſur.*

43. Alia eſt ratio uſufructuarii & coloni. Nam hi 1. fructus faciunt ſuos ex voluntate Domini, non vi & poteſtate ſoli bona fide poſſeſſi; nec 2. faciunt ſuos, niſi vel ipſi vel alius ipſorum nomine perceperit b. b §. 36. *h. l.* 12. *in fin. ff. de uſufr.*

44. Sic quidem expedita eſt quæſtio de dominio acquirendo per acceſſionem. Alia quæſtio eſt de ſarciendo damno ejus, cujus res ita alteri acceſſit.

45. Qui enim re ſua ita privatur, ſine voluntate aut facto ſuo, non debet damnum inde ſentire c. Nec alius quiſquam debet locupletior fieri cum alterius detrimento d. Hinc priſtinus Dominus, qui neque rem vindicare, neque ad exhibendum de ea amplius agere poteſt, in factum actione damnum ſibi reſarciri petit e: quomodo conveniri poteſt qui bona fide vel ſpeciem ex mea materia fecit & acquiſivit, vel purpuram meam intexuit, vel ex mea materia in ſuo ædificavit, plantavit, &c. Si quis autem hæc mala fide aut furtim fecit, non tantum c *l.* 11. *ff d. R. I.* d *l.* 206. *d. R. I.* *l.* 14. *de cond. indeb.* e *l.* 23. §. 5. *ff. d. R. V.* *l.* 11. *ff. de præſc. verb.*

condictione furtiva, ſed & ad exhibendum tenetur [a]. Exceptio eſt in tigno juncto, de quo ſtante ædificio non ad exhibendum, ſed actione de tigno juncto in duplum agitur, contra eum qui alienum tignum ædibus ſuis ſive bona, ſive mala fide junxit. Sic volente Leg. XII. tabb. ne ædificia reſcindantur [b]. Diruto ædificio materiæ Dominus eam recte vindicat, licet duplum conſecutus ſit, ab eo qui mala, non qui bona fide junxit [c].

46. Aliquando autem priſtinus Dominus etiam dominio amiſſo tamen ut indemnis ſervetur utilem habet vindicationem [d], ut Dominus tabulæ pictæ. Aliquando nullam actionem, ſed tantum exceptione doli mali poſſeſſionem ſi habet tuetur. Quomodo qui ex ſua materia in alieno ſolo bona fide ædificavit, pretium materiæ & impenſas repetit [e].

47. Qui ſciens in alieno ædificat, nihil repetit: quia donaſſe intelligitur [f]. Niſi probabili alia ex cauſa in alieno ædificaverit [g].

a ſ. 26. h. t. l. 6. ff. ad exhibend.

b ſ. 29. h.

c d. ſ. 29. h. l. 2. ff. de tign. junct. l. 23. ſ. pen. ff. de R. V.

d ſ. 34. h.

e ſ. 30. h. l. 33. ff. de cond. indeb.

f d. ſ. 30. l. 7. ſ. 12. ff d. A. R. D.

g l. 2. C. de R. V.

TIT. II.

De rebus corporalibus & incorporalibus.

1. Secunda rerum diviſio: Res ſunt corporales vel incorporales.

2 Corporales ſunt, quæ ſua natura poſſunt tangi.

3. Incorporales, quæ ita tangi non poſſunt. Quales ſunt quæ in jure conſiſtunt, ut ſervitus, hereditas, obligatio [a]. a *ſ. 1. h.*

4. Corporales ſunt mobiles vel immobiles: Illæ moveri poſſunt, hæ contra.

5. Actiones autem, ſervitutes & ſimilia, licet proprie nec mobilia nec immobilia, ſed tertium genus ſint, ad immobilia tamen referuntur, ſi ad ea tendant, cum lex aut teſtator omnia mobilia & immobilia dividit. Iiſdem & pecunia adnumeratur, quæ præſidii loco habetur [b]. b *l. 75. §. 1. ff. de legat. 3.*

Tit. III.

De Servitutibus ruſticorum prædiorum.

1. Occaſione rerum incorporalium agitur hic de ſervitute, quæ à ſerviendo dicitur.

2. Servitus enim eſt jus quo res alterius rei vel perſonæ ſervit: id eſt utilitatem præſtat [a].

3. Eſtque prædialis vel perſonalis [b].

4. prædialis, qua prædium ſervit prædio. Unde aliud eſt prædium ſerviens, aliud dominans [c].

5. Eſtque vel prædiorum ruſticorum vel urbanorum.

6. Ruſticum autem vel urbanum prædium non locus facit, ſed uſus [d].

7. Servitutes prædiorum ruſticorum ſunt, quæ ruſticis prædiis debentur, ut iter, actus, via, æquæductus, pecoris ad aquam appulſus, jus paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ [e].

8. Iter eſt jus eundi, ambulandi hominis per alterius prædium, ad uti-

a *l. 15. §. 1. ff de ſervitut.*
b *l. 1. ff. eod.*
c *§. 3. h.*
d *l. 166 l. 198. ff. d. V. S.*
e *l. 1 ff. Comm. præd. e pr. & §. 2 h. t. t. ff. de ſerv. ruſt.*

utilitatem prædii ſui. Nec intereſt eques an pedes quis eat, an lectica vehatur [a].

9. Actus eſt jus agendi jumentum vel vehiculum per alterius fundum ad utilitatem fundi ſui [b].

10. Via eſt jus eundi, agendi, ambulandi, lapides ligna ve trahendi, & haſtam rectam ferendi [c]. Eaque in porrectum 8, in anfractum 16 pedes ex Leg. XII. tabb. habet [d].

11. Unde via iter & actum continet ſua natura, neque aliter concedi poteſt, actus iter quidem etiam continet, ſed ex præſumpta voluntate concedentis, niſi contrarium eum voluiſſe conſtet [e].

12. Ex his facile intelligitur definitio & natura aliarum quoque ſervitutum ruſticarum.

13. Servitutes urbanæ ſunt quæ debentur prædiis urbanis; qualia ſunt ædificia, niſi ad uſus ruſticos extructa [f].

14. Tales autem ſervitutes ſunt, 1. oneris ferendi, 2. tignum immittendi, 3. ſtillicidii, 4. fluminis recipiendi, 5. fluminis non recipiendi, 6. al-

a pr. h. l. 7. l. 12. ff. de ſerv. R. P.
b d. pr. h. l. 1. l. 12. ff. d. S. R. P.
c d. pr. h. l. 7. ff. d. S. R. P.
d l. 8. ff. de S. R. P.
e pr. h. l. 4. § 1. ff. ſi ſerv. vind.
f §. 1. h. junct. l. 198. d. V S. l. 1. ff.

a §. 1. *h. l. 2. 3. 4. ff d S. U. P.* 6. altius non tollendi, 7. luminibus non officiendi, 8. proſpectui non officiendi, 9. luminum, 10. altius tollendi & ſimilium a.

15. Omnes autem hæ ſimileſque ſpecies ita ſunt intelligendæ, ut in iis quis cogatur quid pati contra communem, ſive civili, ſive alio jure introductam libertatem prædii ſui, ad utilitatem prædii vicini urbani. Aliquando tamen etiam quis in ſuo quid facere tenetur: ut in ſervitute oneris ferendi, reficere parietem vel columnam: nec non in ſervitute altius tollendi b, quæ eſt exceptio à regula illa: *Natura ſervitutum eſt, ut quis in ſuo quid patiatur, non ut quid faciat* c.

b *l 33. ff d S. U. P. l 8. § 2. ſi ſervit. vind.* c *in l. 15 ff. de ſervit.*

Tit. IV.
De Uſufructu.

1. Sequitur perſonalis ſervitus, qua prædium ſervit perſonæ, ut uſusfructus, uſus, habitatio & ſimiles. Nam & ſervitutes prædiales poſſunt fieri perſonales d.

d *l. 4. l. 6. ff. d Ser. R P. l. 1. § 1. l 20 eod junct. l. 14. §. 3. de ali. leg. l. 19 ff. de uſu & hab junct. §. 2. Inſt de ſerv. præd.*

2, Uſus-

2. Uſusfructus eſt jus alienis rebus utendi fruendi ſalva earum ſubſtantia a.

3. Et hic quidem eſt uſusfructus proprie dictus, ſemper conſiſtens in rebus alienis. Cum res ſua nemini ſerviat b,

4. Utilitatis ſive æquitatis cauſa tamen Senatus introduxit quaſi uſumfructum, earum rerum, quæ uſu conſumuntur & uſufructarii ſunt, ut vinum, oleum, veſtimenta quotidiana, pecunia numerata c,

5. Eſt autem quaſi uſusfructus jus, quo quis res alienas acquirit iiſque abuti poteſt ut ſuis, ea lege, ut finito hoc jure, res ejuſdem quantitatis & qualitatis, vel æſtimationem earum reſtituat, eoque nomine caveat d.

6. Hinc facile conſtat differentia inter verum & quaſi uſumfructum. Nam 1. verus conſiſtit in rebus quæ uſu non conſumuntur; quaſi, contra. 2. In vero, uſufructuarius non fit Dominus, nec re abuti poteſt, ſed idem corpus non deterius factum reſtituere cogitur. In quaſi, contra. 3. Hinc in vero uſufructuarius cogitur cavere non tantum ſe rem finito

a *pr h. l.1. ff. eod.*
b *l 5. pr. ff. ſi uſus fr. pet.*
c *l 26. ff de Serv. P. V.* c *§.2. h.*
d *d. §. 2. h. l.1.2. 7. & ult. ff. de uſufr. ear. rer.*

to uſufructu redditurum , ſed & durante uſufructu ſe boni viri arbitratu hoc eſt , ut bonum patrem familias decet [a], uſurum fruiturum [b]. In quaſi uſufructu cavet ſe tantundem redditurum [c].

a §.38. *Inſt. d. R.D.*
b *l.*1. *ff. uſufr. quem. ad.cav.*
c *d.§.* 2.*h.*

7. Quanquam autem quaſi uſumfructum hodie non minus contractu quam ultima voluntate conſtitui ratio juris velit, differt tamen quaſi uſusfructus v. g 10. cadorum vini Rhenani vel 1000 aureorum â mutuo ejus vini pecuniæque,tum,quod modos acquirendi,tum quod finiendi attinet.

TIT. V.

De Uſu & habitatione.

1. Uſus eſt jus alienis rebus utendi ſalva earum ſubſtantia [d].

2. Minus autem juris in uſu eſt quam in uſufructu.Nam 1. qui uſum tantum habet,ad neceſſitatem ſolum vtitur. Unde qui uſum fundi habet, ex iis quæ in fundo naſcuntur , pomis,floribus , ſtramentis , fœno , lignis ſimilibuſque quod ad victum ſibi ſuiſque ſufficiat, ſumet [e]: qui uſum-

d §. 1. *Inſt .h. l.* 10. *ff.eod.*
e *l.*12. §.1.*ff. h.t.*

uſumfructum habet, etiam ad compendium utitur fruitur [a], Hinc a §. 1.
2. Uſufructuarius jus percipiendi *h. l.* 12.
fructus (non ipſam ſervitutem) al- §. 2.
teri vendere, aut locare, aut gratis *ff de uſufr.*
concedere poteſt. Uſuarius non [b]. b *d §. 1. h.*
Hinc & 3. uſus poteſt eſſe ſine fructu; ſed fructus ſine uſu eſſe non poteſt. Nam fructui uſus ineſt, uſui fructus deeſt [c]. c *l.* 14.

3. Habitatio eſt jus alienas ædes §. 1. *ff.*
inhabitandi ſalva earum ſubſtantia [d], *h.*

4. Olim parum differebat ab uſu d § 5.
ædium [e]. Ex conſtitutione Juſtinia- *h t.* e *l* 10.
ni magis convenit cum uſufructu, *ff. h.*
cum qui habitationem habet domus, non ſolum ipſe in ea degere, ſed & aliis locare eam poſſit [f]. In f *d* §. 5.
eo autem adhuc differt ab uſufructu *l.* 13. *C.*
ædium, quod Uſufructuarius etiam *de uſufr.*
aliter quam habitando ædibus uti poſſit: habitator non. Uſusfructus & uſus etiam non utendo & capitis diminutione amittuntur: habitatio autem, quia in facto conſiſtit, non g *l.* 10.
æque [g], *ff. h. t.*

Modi

Modi Servitutum conſtituendarum.

5. His de ſingulis ſpeciebus ſervitutum dictis generaliter, videndum de modis quibus conſtituuntur, & amittuntur, qui pleriſque communes ſunt. Acquiruntur nonnullæ ſervitutes ipſo jure, pleræque facto hominis: & hujus quidem vel publicæ perſonæ, vel privatæ: à privato iterum vel inter vivos vel ultima voluntate.

6. Ipſo jure acquiritur uſusfructus bonorum adventitiorum patri a: nec non mediæ partis bonorum filii emancipati b: quarundam rerum & matri ad ſecundas nuptias tranſeunti c.

7. Facto perſonæ publicæ, ſeu judicis officio, in judiciis diviſoriis familiæ erciſcundæ & communi dividundo, ſæpe uni parti ſervitus, alteri aliud adjudicatur d.

8. Privati inter vivos ſæpe pactionibus & ſtipulationibus ſervitutes promittunt: quæ tum demum con-

a §. 1. *Inſt. per quas perſon.* *l.* 6 *C. de bon. quæ lib.*
b §. 2. *Inſt. eod.*
c *l.* 3. *C. de ſecund. nupt.*
d *l.* 6. §. 1. *ff. de uſufr.* *l.* 25. §. 9 *ff. fam. erciſc.*

conſtitutæ intelliguntur, & actione in rem confeſſoria vindicari poſſunt, cum quaſi traditio, veluti uſus, cautio, aut ceſſio in jure acceſſit [a]. Alias ex ſolo contractu non niſi obligatio & actio in perſonam naſcitur [b].

9. Sæpe etiam uſucapione acquiruntur ſervitutes, quæ jure noviſſimo inſtar rerum immobilium uſucapiuntur [c].

10. Ultima autem voluntate conſtituuntur ſervitutes cum teſtamentis codicilliſve legantur, quo caſu ipſo jure non minus ſervitus quam dominium in legatarium tranſit, etſi nulla traditio ſubſecuta ſit [d]. Uſusfructus tamen & uſus legatus non cedit morte teſtatoris, ſed adita hereditate [e].

Quibus modis ſervitus amittitur.

11. Modi autem quibus ſervitutes extinguuntur & amittuntur alii quoque ſunt communes omnibus ſpecie-

a §. 4. *Inſt. de ſervit. ruſt. præd, juncta l. 3. ff. de O. & A. l. ult. ff. de ſervit. l. 11. §. 1. ff. de publ. in rem act. §. 40. I. de rer. diviſ. l. 20. C. de pact.*
b §. 1. *Inſt. de act.*
c *l. ult. C. de long. temp. præſcr.*
d *l 19. §. 1. ff. Quem. ſervit. amitt. l 25. § fin. ff. comm. de uſufr. l 80 ff de legat* 1. *l.* 64. *ff de furt. l.* 1. *C. de leg.*
e *l. un. ff. quand. dies uſufr. leg. ced.*

ſpeciebus: alii nonnullis proprii. Communes ſunt 1. interitus rei quæ ſervit a. Res autem periiſſe dicitur cum ſubſtantialis forma ejus periit aut mutata eſt b: 2. confuſio, quæ fit cum prædium ſerviens & dominans vel uſusfructus uſuſve & proprietas, ad eundem ſpectare incipiunt c.

3. Remiſſio, ſive tacita ſive expreſſa ejus, cujus perſonæ aut prædio ſervitus debetur d, 4. non uſus per modum & tempus e, à quo ſupra excepi habitationem. 5. Interitus juris ejus qui ſervitutem conſtituit f.

12. Servitutum autem perſonalium proprius modus eſt, quod extinguantur cum perſona: Sic uſusfructus & uſus extinguuntur morte & capitis diminutione maxima mediaque uſufructuarii g. Civitati relictus finitur lapſu ſeculi: niſi civitas ante deſtruatur h. Ad certum tempus relictus lapſu temporis i. Aliæ ſervitutes nec ad certum tempus, nec ex certo

a l. 14. ff. quemad. ſervit. amitt. §. 3. Inſt de uſufr. b l. 53. ff. de uſufr. c l. 1 ff. quem. ſerv. amitt. §. 3. Inſt. de uſufr. d l. 8. quem. ſerv amitt. l. 14 §. 1. ff. d ſervit d §. 3. e l. 7. 10 §. 1. 18. ff quem. ſerv amitt. d § 3 f l 11 §. 1 ff. quem. ſerv. amitt. l. 54. d. R. I. g §. 3 Inſt de uſufr. l. 1. 2. 3. ff quib. mod. uſusfr. vel uſus amitt. h l. 56. ff de uſufr. l. 21. ff. quib. mod uſusfr amitt. i l. 5. C. de uſufr.

certo tempore, nec ſub conditione ipſo jure conſtituuntur aut finiuntur; ſi tamen hæc adjiciantur, pacti vel doli exceptione occurretur contra placita ſervitutem vindicanti a.

a *l* 4 *ff. de ſervit.*

Tit. VI.

De Uſucapione.

1. Sequuntur modi acquirendi dominium juris Civilis ſingulares, ut uſucapio.

2. Uſucapio eſt adjectio dominii, per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti b.

3. De requiſitis uſucapionis verſus ſunt vulgares nec valde elegantes

Non uſucapies niſi ſint tibi talia quinque:
Bona fides, Juſtus titulus, res non vitioſa:
Ut res tradatur, poſſeſſio continuetur.

4. Bona fides eſt illæſa conſcientia, poſſeſſoris, rem ſuam eſſe putantis: quæ jure Civili requiritur tantum ad initium uſucapionis c.

5. Juſtus titulus eſt cauſa ad transferendum dominium idonea, ut emptio, permutatio, in ſolutum datio d.

6. Res

b *l.* 3. *ff. de uſuc.*

c *l un. C de uſuc. transf. l.* 48. §. 1 *ff. de A. R D.*

d *l.* 1. *ff de publ. in rem act.*

6. Res vitioſæ propriè ſunt furtivæ & vi poſſeſſæ: quæ uſucapi non poſſunt, niſi vitio purgato, quod fit cum res in poteſtatem domini revertitur a. Sunt tamen & multæ aliæ res quæ quidem hoc modo vitioſæ non dicuntur, ſed tamen uſucapi non poſſunt: ut 1. res extra commercium, veluti ſacræ. ſanctæ, liber homo b. 2. res alienari prohibitæ ſive lege ſive teſtamento c. 3. res Fiſci aliæque dominicæ d. Item civitatum, eccleſiarum, gerontocomiorum ſimiliumque e. 4. res pupillorum & minorum f. 5. res Præſidi contra Legem Juliam datæ g. 6. adventitia bona filiorum h.

7. Poſſeſſio non tantum traditione acquiſita, ſed & continuata eſſe debet, in uſucapionibus rerum mobilium per triennium; immobilium per decennium inter præſentes; vicennium inter abſentes: quales ſunt qui in diverſis provinciis degunt i.

8. Continuatur autem tempus non tantum in eo, qui uſucapere incepit,

a § 1. 2. & 8. Inſt. h. t.
b § 1 h.
c l. 2. C. d. uſuc. pro emptore. l. 16. ff. de fund. dot.
d l. 1. C. ne rei dom. l. fin. C. de fund. patr.
e l. 23. C. de SS. Eccleſ. Nov. 111. 131.
f l. 3. C. quib. non obſt. long. temp. præſc. l 5. C. in quib. cauſ. in integ. annal. except.
g l. pen. ff. ad L. Jul rep.
h l 1. § 2. C. de
i pr. h. l. ult. C. de long. temp. præſ.

cepit, ſed & ejus ſucceſſore tam univerſali, quam ſingulari a.

9. Univerſalis ut heres, ſuccedit in vitia & virtutes defuncti: unde uſucapit, ſi defunctus bonam fidem habuit, etſi ipſe ſucceſſor mala fide poſſideat: contra non uſucapit, ne quidem ex ſua perſona, etſi bona fide poſſideat, ſi defunctus mala fide poſſedit b.

10. Singularis poſſeſſor, ut emptor ſimileſque ex ſua perſona uſucapere poſſunt, non obſtante mala fide antecesſoris c.

11. Quæ autem de requiſitis uſucapionum dicuntur, non pertinent ad præſcriptionem longiſſimi temporis 30 vel 40 annorum, quæ & in rebus vitioſis, & ſine bona fide & juſto titulo jure Civili procedit d. Non autem jure Canonum e. Cæterum qui à Fiſco vel domo Principis vel Auguſtæ emit rem alienam, ſtatim fit ſecurus tranſlatis contra Fiſcum actionibus f.

a § 7. & 8. *h.*

b *d.* §. 7 *l.* 11. *C de acq. poſſ.*

c *l.* 2. §. 17. *ff pro empt.*

d *l.* 3. & 4. *C. de præſc.* 30 *vel* 40 *an.*

e *c. ult. x. de Præſc.*

f §. *ult. Inſt. h.*

Tit. VII.

De Donationibus.

1. Inter modos acquirendi dominium ſingulares juris Civilis Juſtinianus

ſtinianus ſecundum locum tribuit donationi.

2. Donatio autem eſt liberalis nullo jure cogente facta conceſſio a.

3. Eſtque propria vel impropria b.

4. Propria eſt, quæ fit ex mera liberalitate, ita ut donator donum ad ſe nunquam reverti velit c: Niſi 1. donatarius ingrati crimen, cujus 5 lex facit ſpecies, admiſerit d. Vel patronus, qui liberto donaverit, ob liberos ſupervenientes revocet donationem e.

5. Propria donatio ſi excedat ſummam 500 ſolidorum (ſive ducatorum noſtrorum) actis inſinuanda eſt: alias ſumma excedens peti nequit, niſi à Principe, vel Principi, vel ad redemptionem captivorum, vel ad reparationem ædium ruinoſarum ſit facta f.

6. Impropriæ ergo donationes ſunt, quæ vel non ex mera liberalitate, ut donatio propter nuptias & remuneratoria g, vel non ita irrevocabili jure fiunt: ut donatio mortis cauſa h.

7. Eſt autem donatio mortis cauſa, quæ fit propter mortis ſuſpicionem,

a *l.* 1. *l.* 29. *ff. de donat,*
b *d. l.* 1. *ff. de donat.*
c *d. l.* 1. *pr.*
d *. fin. C. de revoc. don.*
e *l.* 8. *C. de revoc. don.*
f §. 2. *Inſt. h. l.* 34. *l. pen. C. eod Nov.* 162.
g *e.* 1. §. *ult.*
g *l.* 1. *l.* 27. *ff. de don.* § 3. *Inſt. h.* h §. 1. *Inſt. h. t. t. ff. de mort. c. don.*

nem, hoc eſt ſola cogitatione mortalitatis [a].

8. Eaque per omnia fere legatis æquiparatur. Nam 1. & pœnitentia ductus donator eam revocare poteſt vel condictione vel in rem actione [b]. & 2. morte donatarii ante donatorem extinguitur [c]: nec non ſi donator periculum quod ſpectavit evaſerit [d]: & 3. Falcidia minuitur [e]: & 4. quinque requirit teſtes, uti omnis ultima voluntas [f]: & 5. denique inſinuatione non indiget, etſi ſummam 500 ſolidorum excedat: cum Lex inſinuationem requirens loquatur de propria donatione. 6. dominium ſine traditione transfert [g], ſubſtitutioni [h], & cautioni Mutianæ locum facit [i].

9. Differt tamen donatio mortis cauſa à legatis, in eo potiſſimum, quod plerumque à præſente in præſentem fiat [k]. 2. quod non fiat donatario ignoranti aut invito 3. quod non pendeat ab aditione hereditatis, valeatque etſi donator inteſtatus deceſſerit [l]: quæ omnia ſecus ſunt in legatis.

10. Differt etiam à mortis cauſa ca-

[a] §. 1. *h. l 2. & ſeq. ff. de m. c. don.*
[b] *l. 29. & ſeq. l 35* §. 3. *l. 39. ff. de mort. cauſ. donat.*
[c] *d.* §. 1. *h.*
[d] §. 1. *Inſt h.*
[e] *d.* §. 1 *l. 2. C. d m. c don.*
[f] *l fin.* §. *fin. C de Codicill.*
[g] *l. 2. ff. de publ. act.*
[h] *l 1. C. de cauſ. mort. don.*
[i] *Nov.* 32.
[k] *l 38. ff de don mo t cauſ.*
[l] *l. 25 ff de mort. cauſ don.*

capione, quæ eſt acquiſitio propter mortem obveniens, carens ſpeciali nomine: ut cum quis ſervum ſuum teſtamento liberum eſſe juſſerit ſi mihi 10 dederit a.

a *l.* 18. *l.* 38. *ff. de mort. cauſ. don.*

11. Donatio propter nuptias eſt, quæ fit uxori à marito in ſecuritatem dotis, ita tamen, ut uxor fructus ejus non lucretur, non domina ejus fiat, ſed tantum jure pignoris in ea gaudeat, quamvis eandem ob factum mariti nonnunquam lucretur b.

b §. 3. *Inſt. h. l. ult. C. de repud.*

12. Hanc Juſtinianus voluit doti tum in quantitate, tum in pactis reſpondere c.

c *Nov.* 79.

13. Et hæc quidem improprie dicta donatio, ſcilicet propter nuptias, & mortis cauſa, ad modos juris Civilis ſingulares videtur ſpectare, ad quos alia proprie dicta donatio nulla ratione ſpectare poteſt. Nam ſive conventione perficiatur, ut cum dico aut ſcribo me donare librum Tibi, tuque conditionem acceptas, non transfertur dominium tali nudo pacto d: ſive librum ita donatum ſimul tradam, non transfertur donatione, ſed traditione: nec jure Civili, ſed

d *l.* 20. *C. de pact.*

ſed jure Gentium [a]. Imo ex pacto donationis olim ne quidem obligatio civilis naſcebatur, nec in perſonam agi poterat, ſecundum regulam de nudis pactis [b]. Juſtinianus autem pactum donationis lege confirmavit, ut inde agi poſſit [c].

a § 40. Inſt. de rer. diviſ.
b l. 7. §. 4. ff. de pactis.
c l. 35. C. de donat.

De Jure accreſcendi.

14. Ad modos juris Civilis ſingulares olim etiam referebatur jus accreſcendi, quo Dominus ſervi communis non manumittens, acquirebat partem domini manumittentis: quod jus ut libertati invidum antiquatum, juſſuſque eſt Dominus non manumittens ſuam partem juſto & à lege definito ſervi pretio vendere [d].

d § ult. Inſt. h. l. 1. C. de com. ſerv. man.

Tit. VIII.

Quibus alienare licet vel non.

1. Tantum de modis acquirendi ſingularibus, hoc loco: reliqui, ut legatum & fideicommiſſum ſingulare, à Juſtiniano in locum de ultimis voluntatibus rejiciuntur. Ad omnium autem intellectum non in-

commode hic quæritur; quibus alienare licet & per quas perſonas nobis acquiritur dominium?

2, In quæſtione quibus alienare licet, duæ potiſſimum regulæ earumque exceptiones ſunt obſervandæ.

3. Prima regula eſt: Quilibet Dominus eſt moderator & arbiter rei ſuæ, eamque alienare poteſt a.

4. Exceptio prima eſt in marito, qui quidem prædii dotalis inæſtimati dominus eſt jure Civili b, ſed tamen illud ne conſentiente quidem uxore, ullo modo alienare poteſt c: quia dominium mariti revocabile eſt, & dos ſoluto matrimonio reſtituenda d.

5, Exceptio ſecunda eſt in pupillo & minore: qui quidem Domini rerum ſuarum ſunt, ſed tamen eas alienare nequeunt, adeoque nec mutuum ex iis dare, nec ſolutum accipiendo debitorem liberare. Pleniſſima enim liberatio & ſecuritas ſolventi debitori pupillari contingit, ſi auctoritate judicis facta ſit ſolutio e. Nam ſi tutori & curatori ſine auctoritate judicis facta ſit, liberatur quidem debitor, ita tamen ut pupillus mi-

a *l.* 21. *C. mandati*
b *l.* 30. *C. de jur. dot.*
c *pr. h. t. ff. d. fund. dot.*
d *d. l.* 30. *C. de jur. dot.*
e *l.* 25. *C. de admin. tut.*

minorve creditor, ſi tutor curatorve male collocaverit pecuniam, nec pupillus minorve aliunde repetere poſſit, in integrum reſtituatur a. Ipſi pupillo facta ſolutio omnium minime prodeſt ſolventi debitori, niſi pupillus locupletior factus ſit, & ideo debitor denuo conventus exceptione doli mali ſe tueri poſſit b. Annui reditus tutori tuto ſolvuntur c.

6. Regula ſecunda hujus tituli eſt: Qui Dominus non eſt, rem alienare non poteſt d.

7. Exceptio eſt in creditore, qui quidem Dominus non eſt, & tamen alienare poteſt pignus, etſi id non convenit: imò etſi contrarium pactum conventum ſit, tamen alienare poteſt; dummodo ter ante debitori id denunciet e,

8. Natura enim & ſcopus pignoris eſt ſecurum facere creditorem, quod facere non poſſet, niſi liceret ei alienare debitore non ſolvente,

9. Bona fide tamen & ſecundum modum à lege præſcriptum pignus diſtrahendum eſt f.

a *l.2. C. ſi tutor vel curator interven.*
b *§. ult. h. l. pen. in fin. ff. de reb. cor. qui ſub. tut. vel curat.*
c *d. l.25. C. de adm.*
d *l.54. ff. de R. I.*
e *§.1. h. l.4. ff. de pign. act.*
f *t. ff. & Cod de diſtr. pign. l. ult. C. de jur. dom. impetr.*

Tit. IX.

Per quas perſonas cuique acquiritur.

1, Acquirimus dominium non tantum per noſmetipſos, ſed & per eos quos in poteſtate habemus: ut 1. per filiosfamilias, 2, per ſervos noſtros, 3. per liberos homines quos tanquam ſervos, 4. per ſervos alienos quos tanquam noſtros bona fide poſſidemus.

2. Acquirebantur olim omnia Patribus per filios, uti Dominis per ſervos. Poſtea jus patrisfamilias datum eſt filiis in caſtrenſi peculio: deinde & quaſi caſtrenſia & aliæ ſpecies peculiorum ortæ a.

3. Peculium autem quaſi puſilla pecunia eſt dictum b,

4, Definitur univerſitas bonorum, quam filius vel ſervus patris dominive voluntate à rationibus eorum ſeparatam habet c.

5. Eſtque aliud filii, aliud ſervi. Filii eſt paganum vel militare, Paganum, profectitium, vel adventitium: & hoc rurſus plenum vel minus

a §. 1. Juſt. h. l. 1. C. de teſt. mil. l. ult. C. de inoff. teſt.
b l. 5. fin ff. de pecul.
c l. 4. & l. 5. fin. ff. de pecul.

nus plenum. Militare eſt caſtrenſe vel quaſi caſtrenſe.

6. Profectitium peculium eſt, quod ex re, vel occaſione, vel contemplatione patris ad filium pervenit a.

7. Hujus & uſusfructus & proprietas patris eſt, & mortuo patre in collationem bonorum venit b.

8. Utilitas tamen ea inde ad filium redit; ut is 1. id adminiſtret. 2. confiſcatis bonis paternis propter debitum, præcipuum habeat c: 3. ſi emancipato à vivo patre expreſſe non adimatur, donatum cenſeatur d.

9. Adventitium eſt, quod aliunde filio obvenit quam patris vel militiæ occaſione e.

10. Hujus ex jure novo pater habet uſumfructum, filius vero proprietatem f, idque diſtinctionis cauſa minus plenum recte dicitur.

11. Aliquando uſusfructus ad filium pertinet, quod ita vel teſtamento, vel lege cautum eſt g, idque plenum vocatur.

12. Tertiam autem partem bonorum adventitiorum, quam pater olim

E 3

a §. 1. *Inſt. in. l 21. & ſeq. ff de uſufr.* b *d.* §. 1. *l.* 12. *C. de Collat. l* 13. *C. fam. erciſ.* c *l.* 3. § 4. *ff. de minor.* d *l.* 31. §. 2. *ff. de donat.* e *d.* §. 1. *Inſt. h. l.* 6. & *t. t. C. de bon. quæ lib.* f *d.* §. 1. *d. l.* 6. g *l. ult. C. de bon. quæ lib. Nov.* 117. *c.* 1. *Nov.* 118 *c.* 2.

olim pro præmio emancipationis accepit, Juſtinianus mutavit in dimidiam partem uſusfructus [a].

a §. 2. Inſt. h.

13. Caſtrenſe peculium eſt, quod filiusfamilias occaſione armatæ militiæ, ſive á patre ſive aliunde acquiſivit [b].

b l 11. ff. de Caſt. pec.

14 Quaſi caſtrenſe eſt, quod filiusfamilias acquiſivit occaſione togatæ militiæ, ſeu ex officiis, pro quibus publica ſolvuntur ſalaria, ut ſunt officia proconſulum, Præſidum, quibus etiam adnumerandi Aſſeſſores & Advocati [c],

c l fin. Cod de inoff. teſt. l 7. C. de Adſeſſor.

15. In caſtrenſi autem & quaſi caſtrenſi peculio, filiusfamilias habetur pro patrefamilias [d]; mortuo tamen filio inteſtato, pater ſuperſtes bona hæc occupat tanquam ſua, jure peculii [e].

d l. 2. ff ad SC. Mac.
e l 2. ff de Caſtr. pec.

16. Servorum ſive ordinariorum, ſive vicariorum peculium pleno jure ad Dominum pertinet: Quicquid enim ſervus acquirit, acquirit Domino, etiam ignoranti & invito [f].

f §. 3. Inſt. h. l. 32. ff de acq. rer. dom.

17. Excipitur ab hac regula 1. hereditas, quam non niſi juſſu domini adit ſervus [g], 2. poſſeſſio, quam ex cauſa quidem peculiari ignoranti, ſed

g d §. 3.

ſed alias non niſi ſcienti acquirit a.

18. Et ſic quidem verus Dominus ſervi acquirit. Uſufructuarius autem, per ſervum fructuarium, & bonæ fidei poſſeſſor per liberam perſonam pro ſervo poſſeſſam, aut per alienum ſervum pro ſuo poſſeſſum, acquirunt tantum quod ex re ſua, vel operis ſervi aut quaſi ſervi obvenit b.

19. Differt tamen bonæ fidei poſſeſſor & fructuarius in hoc, quod ille poteſt ſervum alienum uſucapere: hic non, quia nec poſſidet proprie, nec bona fide poſſidet c.

20. Qui autem aliquem ut filium bona fide poſſidet, per eum non acquirit d, quod rarius ille error contingat e.

21. Per extraneam autem perſonam nihil nobis acquiritur: excepto eo quod per procuratorem non ſolum ſcientibus nobis, ſed & ignorantibus acquiritur poſſeſſio, & per poſſeſſionem etiam dominium: ſi dominus ſit qui tradidit, aut uſucapiendi & præſcribendi conditio, ſi dominus non ſit f.

a *l.* 1. §. 5. *l.* 3. §. 12. *ff. de acq. poſſ.*
b §. 4. *Inſt. h.*
c *d.* §. 4. *h. l.* 10. §. *ult. ff. d. A. R. D. l.* 6. §. 2. *ff. de precar.*
d *l.* 50. *ff. de acq. poſſ.*
e *l.* 44. *pr. ff. de uſuc.*
f §. 5. *h. t. l.* 13. *l.* 20. §. *ult. ff. de acq. dom. l.* 47. *ff. de uſuc.*

T i t. X.

De teſtamentis ordinandis.

1. Dictum de modis acquirendi ſingularibus: dicendum nunc de univerſalibus: inter quos primum locum obtinet hereditatis acquiſitio a.

2. Eſt autem hereditas ſucceſſio in univerſum jus quod defunctus habuit b.

3. Ea defertur jure Civili tantum duobus modis: Vel teſtamento, adeoq; ex diſpoſitione privatorum, vel ab inteſtato; ex diſpoſitione legis c.

4. Teſtamentum dicitur quaſi teſtatio mentis d.

5. Eſt autem voluntatis noſtræ juſta (hoc eſt, legibus conveniens) ſententia, de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri velit e.

6. Ortum teſtamenta ſine dubio habent à jure Gentium & naturali ratione, cui nihil convenientius eſt, quam voluntatem domini, volentis rem ſuam alienare, ratam haberi f: Sed & nihil magis hominibus debetur

a § *ult. Inſt. per quas perſon.*
b *l.* 24. *ff. d. V. S. l.* 62. *d. R. I.*
c *d.* §. *ult per quas perſon.*
d *pr. Inſt h.*
e *l* 1. *ff. Qui teſt. fac. poſſ*
f § 40. *Inſt. de rer. diviſ.*

tur, quam ut ſupremæ voluntatis, poſtquam jam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus a.

7. Formam tamen ſpecialem habent ex jure Romano, tum veteri, tum novo. Jus Civile vetus agnoſcit 4 ſpecies. 1. teſtamentum calatis comitiis factum, 2. in procinctu, 3. per æs & libram, 4. jure Prætorio coram ſeptem teſtibus factum & ab iis ſignatum b.

8. Jure novo forma teſtamenti conflata eſt partim ex antiquo jure civili, partim ex Prætorio, partim ex Principum conſtitutionibus c. Nonnulla autem teſtamenta privilegio donata & à ſolennitatibus communibus excepta ſunt, & quidem nonnulla ab omnibus, nonnulla à quibuſdam.

9. Hinc jure novo teſtamentum dicitur vel privilegiatum vel ſolenne, utrumque eſt ſcriptum vel nuncupativum d.

10. Privilegiata teſtamenta ſunt 1. militis, de quo infra. 2. Principi oblatum e: 3. actis inſinuatum f: 4. patris inter liberos g: 5. ruſticorum h: 6. tempore contagionis fa-

a *l.* 1. *C. de SS. Eccleſ.*
b §. 1. & 2. *Inſt. h. t.*
c §. 3. *Inſt. h.*
d §. *ult.* *Inſt h.*
e *l.* 19. *C. de teſtam.*
f *d. l.* 19.
g *l.* 21. §. 1. *C de teſtam. Nov.* 107. *c.* 1.
h *l. ult.* *C de teſtam.*

ctum [a]. 7. denique factum ſecundum formam juris Canonici [b].

11. Solennia autem & nullo privilegio donata teſtamenta requirunt quædam communia utriuſque ſpeciei: quædam propria alterutrius.

12. Communia ſcripti & nuncupativi teſtamenti requiſita ſunt: 1. ut teſtator habeat poteſtatem teſtandi: de quo infra. 2. ut recte fiat heredis inſtitutio, de quo infra quoque. 3. ut adſint 7. teſtes, cives Romani, puberes, non improbi inteſtabileſve, quorum cauſa non agitur in eo teſtamento, ad hoc ſpeciatim rogati, ſimulque congregati, videntes quid teſtator agat [c]. 4. Ut fiat totum teſtamentum unico contextu: nec contractu, nec alio alieno negotio interveniente [d].

13. Propria requiſita ſcripti teſtamenti ſunt: 1. ut teſtator ultimam ſuam voluntatem ſcribat, vel alteri ſcribendam dictet, qualicunque in materia [e]. Heres tamen & legatarius ſub pœna falſi eam ſcribere prohibentur [f]. 2. Ut ſcriptura hæc teſtibus offeratur & ab iis ſubſcribatur [g].

3. Ut

a l 8. C. de teſtam.
b c. 11. x. de teſtam.
c § 3. 7. 8. & ſqq. Inſt. h. l. 20. l 21. §. pen. ff. Qui teſt. fac.
d § 3. h. l 21. § ult. ff. h. adde l. 28. C de teſtam.
e § 4. & 12. Inſt. h. ſt. t. C. de his qui in teſt. ſib. adſcrib.
f l. 1. § 8. ff. ad L Corn. de falſ.
g § 3. h. l pen ff. l. 29. C. h. t.

3. Ut eandem omnes obſignent ſive proprio ſive alieno annulo aut impreſſo [a]. 4. Ut teſtator ſubſcribat, niſi totum ipſe ſcripſerit [b]: requirit & 5. Juſtinianus, ut teſtatoris vel teſtium manu nomen heredis exprimatur [c], quod jure Novellarum ab eodem abrogatum eſt [d].

14. Proprium requiſitum nuncupativi teſtamenti eſt: 1. Ut teſtator ultimam ſuam voluntatem viva voce declaret, & heredem nuncupet [e]: 2. Ut teſtes non ſolum videant quid agatur, ſed etiam intelligant ſermonem teſtatoris [f].

15. Nuncupata ita voluntas poteſt tamen probationis cauſa etiam ſcribi. Quin & ſcripti teſtamenti plura exemplaria confici poſſunt: licet nemo duobus teſtamentis decedere queat [g].

a §. 5. *Inſt. h. l.* 22. *§. pen. ff. eod.* b *l.* 28. *§. ult. C. de teſtam.* *d. §.* 3. *Inſt. h.* c § 4. *inſt. h. l.* 29. *C. eod.* d *Nov.* 119. *c.* 9. e *§. ult. Inſt. h. l.* 21. § 2. *C. l.* 21. *ff. h. t.* f *l.* 26. *C. h.*

g *l.* §. 13. *Inſt. h. l* 19. *ff. de teſtam. mil.*

Tit. XI.

De Militari teſtamento.

1. Inter teſtamenta privilegiata excellit militis, qui propter imperitiam & favorem militarem, cum

in

in expeditione eſt, poteſt teſtari uti vult [a]: licet ſit ſurdus & mutus aut emancipatus [b].

2. Nulla autem omnino ad hoc requiritur ſolennitas, ſed tantum probatio voluntatis [c].

3. Sed & ante militiam non jure militari factum teſtamentum, jure militari valet, ſi miles in expeditione occupatus aliquo facto declaret ſibi placere id teſtamentum [d].

4. Factum autem militari jure teſtamentum in expeditione, valet & poſt eam, ſed ſi militia honeſte miſſus ſit teſtator, intra annum [e]. Sed ignominiæ cauſa miſſi teſtamentum militare ſtatim corruit [f].

a pr. Inſt. h. l. 1. ff. h.
b §. 2. Inſt. h. l. 4 ff. eod.
c §. 1. Inſt. h. l. 15. C. eod.
d §. 4. h. l. 9. §. 1. l. 20. § 1. ff. h. l. 15. §. 2. eod.
e §. 3. Inſt. h.
f l. 26. pr. ff. h. t. l. 2. §. 2. ff. de his qui not. inf.

TIT. XII.

Quibus non eſt permiſſum facere teſtamenta.

1. Lege XII. tabb. permittebatur tantum patrifamilias facere teſtamentum. Verba ſunt: *Paterfamilias uti legaſſit ſuæ rei, ita jus eſto* [g]. Hæc ergo nec fœminæ, nec ulli alii præter patresfamiliarum teſtari permittebat. Sed poſtea id omnibus ho-

g l. 120 ff de V. S

hominibus ſanæ mentis permittendum viſum eſt [a].

2. Hodie ergo omnes poſſunt teſtari, niſi lex impediat vel prohibeat. Probibentur autem

3. Primo, alii ob ſtatum, ut filiifamilias: niſi de peculio caſtrenſi teſtentur [b]. Servi, & obſides [c], & de ſtatu ſuo dubitantes [d], item peregrini [e].

4. Secundo, alii ob defectum judicii, ut impuberes [f], furioſi, mente capti, & prodigi, quibus à Prætore bonis interdictum eſt [g].

5. Tertio, alii ob vitium corporis, ob quod voluntatem & animi ſenſa declarare non poſſunt, quales ſunt nonnulli ſurdi & muti [h]. Cæcus teſtari poteſt, ſed adhibitis teſtamenti & ſcripti & nuncupativi ſolennibus [i].

6. Quarto, alii ob crimen commiſſum, ut rei læſæ Majeſtatis [k], apoſtatæ [l], hæretici [m], inceſtas nuptias contrahentes, qui extraneis nihil relinquere poſſunt [n], denique ob carmen famoſum [o], omneſque alii capi-

a *l. 43. in fin. pr. ff. de Vulg. & pup. ſubſt. l. 1. C. de SS. Eccleſ. tit. Inſt de L. Fuſ. Can. toll.*
b *pr. h. l. 2. ff. ad SC. Mac.*
c *l. 11. ff. h.*
d *l. 14. & 15. ff. h.*
e *l. 1. ff. ad L Falcid. l. 31. & 32. ff. de jur. fiſ.*
f *l. 5. ff. h. §. 1. h.*
g *d. §. 1. & 2. h.* h *§. 3. Inſt h. l. 10 C. eod.* i *§ 4. h. l. 8. C. eod.* k *l. 5. C. ad L Iul. Maj.* l *l. 3. C. de apoſtat.* m *l. 4 C de hæret.* n *l. 6. & auth. inceſtas C. de inceſt. & inut.* o *l. 18. §. 1. ff. h.*

capitis damnati, qui omnes olim ſervi pœnæ fiebant, bonaque eorum publicabantur a. Quanquam autem & ſervitus pœnæ b, & publicatio bonorum ſublata eſt c jure Romano novo, id tamen teſtari damnatis illis non permittit d.

a *l.* 8. *§. ult ff. h. t.* b *Nov.* 22. *c.* 8. *auth. ſed hodie C de don. int. V. & U.* c *Nov.* 134. *c. ult.* d *d. Nov.* 134.

Tit. XIII.

De exheredatione liberorum.

1. Totius teſtamenti caput atque fundamentum intelligitur heredis inſtitutio e, quæ eſt deſignatio ſucceſſoris in univerſum jus quod defunctus habuit f.

2. Eaque primò poteſt dividi in voluntariam, quæ tota pendet à voluntate teſtatoris: & neceſſariam, certarum perſonarum, maxime liberorum, quas teſtator lege tenetur inſtituere aut rite exheredare.

3. Eſt autem exheredatio à tota hereditate nominatim facta excluſio, ſive liberorum, ſive parentum ſive fratrum g.

4. Liberi autem omnes ſive mares ſint, ſive fœminæ, ſive filii, ſive nepo-

e *§* 34. *Inſt de legat.* f *l. hereditas ff d. V. S.* g *l.* 19. *ff. de lib. & poſt. hered. inſtit. §.* 5. *h. Nov.* 115.

nepotes, ſive nati, ſive naſcituri, ſive ſui, ſive emancipati, ſive poſthumi, ſive jam nati, ſive naturales ſive adoptivi, ex jure noviſſimo inſtituendi ſunt heredes vel nominatim riteque exheredandi [a]. *a §. 5. Inſt. h.*

5. Sui enim à patre præteriti teſtamentum ejus ipſo jure nullum dicunt: emancipati, habent bonorum poſſeſſionem contra tabulas [b]. *l. ult. C eod.* *b pr. Inſt. h. l. 4 C. de lib. præter.*

6. Præteritio autem matris & avi materni tantum facit, quantum exheredatio patris [c]. *c §. 7. Inſt. h.*

7. Efficit autẽ exheredatio rite & ex juſta cauſa facta, ut exheredatus tota hereditate excludatur: Rite autẽ, ſed tamen inique facta, operatur, ut qui ſe iniq; exheredatos conqueruntur, non dicant teſtamentũ ipſo jure nullum, ſed petant reſcindi ut inofficioſum [d]. *l. 27. §. ult. & l. ſeq. ff. de inoff. teſt.* *d Vide t. t. inſ. de inoff. teſt.*

8. Excipitur teſtamentum militari jure factum, quod querelæ inofficioſi non ſubjacet. Silentiumq; militis nõ ignorantis ſe liberos habere eſt pro exheredatione nominatim facta [e]. *e § 6. Inſt. h. l. 9. l. 10. C. de teſt. mil.*

9. Cæterum juſtæ ſunt cauſæ 14, ob quas liberi à parentibus recte exheredantur, vulgatis hiſce verſibus non valde elegantibus comprehẽſæ:

Bis

Bis ſeptem cauſis exheres filius eſto,
Si patrem feriat vel maledicat ei.
Carcere detruſū ſi negligat, aut furioſū:
Criminis accuſet, vel paret inſidias.
Si dederit damnum grave: ſi nec ab hoſte redemit,
Teſtarive vetet, ſe ſocietve malis:
Si mimos ſequitur, vitietve cubile paternum,
Non orthodoxus, filia ſi meretrix.

10. Parentes autem à liberis octo de cauſis recte exheredantur: quarum ſeptem gloſſa ſequentibus incluſit:

Sed pater ex ſeptem, ſi nati ſpernat honorem,
Hunc accuſabit, dira venena dabit.
Teſtari vetat, aut uxorem diligit ejus,
Non redimit captum, dum furit odit eum.

11. Prætermiſerunt autem veteres eam octavam cauſam, ſcilicet hæreſin, quam Juſtinianus tamen expreſſe refert a.

a d. Nov. 115. c. 4. 12. Frater fratrem recte exheredat ob 3 cauſas ſecundum hæc:

Pellitur à fratre frater cauſis tribus, ut ſi
Arguit hunc ſceleris vel ei vult tollere vitam,

Vel ſi jacturam rerum ſibi moverit unquam.

13. Et has quidem cauſas Juſtinianus ad certum illum numerum redegit, cum olim eſſent in arbitrio centumvirorum, qui ſæpe leviores admiſere, quibus locum nullum reliquit Juſtinianus, quem tamen alias graviores quam ſunt enumeratæ, aut æque graves excludere voluiſſe non eſt probabile a.

14. Sed & aliud novum jus de exheredatione idem introduxit: ſcilicet, quod teſtator cauſam talem, ſaltem unam in teſtamento ſuo ſpeciatim debet exprimere adeoque exheredationem facere cum elogio b.

15. Quin & hoc novum jus fecit, quod heres allegatam à teſtatore cauſam cogatur probare c.

16. Cæterum, ex quibus cauſis filii poſſunt exheredari, ex iiſdem & alimenta ipſis recte negantur à vivis parentibus d.

17. Reliqua huc pertinentia vide ad titulum de inofficioſo teſtamento.

a *d. Nov.* 115. *pr.*

b *d. Nov.* 115. *c.* 3. *auth. non licet C. de lib. præt.*

c *d. c.* 3. *in fin.*

d *arg. l.* 5 §. 11 *ff. de agnoſc. lib.*

Tit. XIV.

De heredibus inſtituendis.

1. Sequitur voluntaria heredum inſtitutio, ſcilicet extraneorum: Circa quam conſiderandum, 1. qui poſſint heredes inſtitui, 2. quot poſſint inſtitui & quomodo hereditas inter plures dividatur. 3. qua forma inſtitutio fieri debeat vel poſſit.

2. Heredes inſtitui poſſunt, qui non prohibentur.

3. Prohibentur autem alii ſimpliciter: alii, ad certum modum.

4. Simpliciter prohibentur: apoſtatæ [a], hæretici [b], peregrini [c], adeoque & ſervi pœnæ, & deportati [d], peregrinos tamen inſtitui permiſit Fridericus Imperator [e].

5. Ad certum modum prohibita eſt inſtitutio inceſtuoſorum [f], adulterinorum [g], nec non naturalium [h].

6. Unde conſequitur incertos, Univerſitates, cœlibes, orbos hodie recte inſtitui: licet olim non potuerint [i].

7. Servi

a *l.* 3. *C. de Apoſtat.* b *l.* 4. *& 5. C. de hæret.* c *l.* 6 §. 2. *ff.* *h. l.* 1. *C. eod.* d *l* 17. § 1. *ff. de pœn.* 6. *C. de indig. Ulpian. tit.* 22.

e *auth. omnes peregrini C Commun. de ſucceſſ.* f *l. inceſt & innut. nupt.* g *l.* 13. *&* 14. *ff Quib. ut* h *auth. licet C de nat. lib.* i §. 27. *Inſt. de leg.*

7. Servi ut ſervi heredes inſtitui
non poſſunt cum effectu: ſi tamen
vel ipſi liberi futuri ſunt, & capaces,
ſibi eam hereditatem acquirunt: vel
ſi Dominum Civem Romanum ha-
bebant, eidem acquirebant a. a §. 1.

8. Poteſt etiam teſtator vel u- 2. & 3.
num, vel plures, vel tot heredes fa- *Inſt. h.*
cere, quot vult, dum tamen multitu-
do illa inſtitutionem non reddat de-
riſoriam b. b §. 4.

9. Poterit ergo teſtator etiam tot *Inſt. h.*
facere partes hereditatis quot vult c. c *l.* 13.
Plerumque tamen hereditas in 12 §. 1. *ff.*
partes ſeu uncias dividitur, quæ aſſis *d. he. red.*
appellatione continentur. Sextans *inſtit.*
autem continet uncias 2. quaſi ſexta
pars aſſis: quadrans (quaſi quarta pars)
3. triens (quaſi tertia) 4. Quincunx
(quaſi quinque unciæ) 5. Semis (quaſi
ſemi as) 6. Septunx (quaſi ſeptem
unciarum) 7. Bes (quaſi bis triens)
8. Dodrans (quaſi ter quadrans) 9.
Dextans 10. Deunx (quaſi cum una
uncia deeſt aſſi) 11 d. d §. 5.

10. Unus heres ſcriptus totam *Inſt. h.*
accipit hereditatem; etſi teſtator *l* 50. §.
eum ex certa re heredem ſcripſerit: *fin ff.*
nec non etſi teſtator totam capere *eod.*
ipſum

ipſum expreſſe prohibuerit. Nam jus noſtrum non patitur eundem in paganis & teſtato & inteſtato deceſſiſſe, earumque rerum naturalis inter ſe pugna eſt teſtatus & inteſtatus: ut loquitur Pomponius [a].

11. Si autem unus ex certa re inſtitutus aliuſque ei heres additus ſit, tum prior ille eſt loco legatarii [b].

12. Pluribus vero inſtitutis, ut ſciamus quomodo dividenda ſit hereditas, tres conſiderandi ſunt caſus. Vel 1. nulli adſcripſit teſtator partes, vel 2. omnibus, vel 3. quibuſdam.

13. Primo caſu, in æquas partes omnes ſuccedunt [c].

14. Secundo caſu aut partes ſunt diſtributæ infra aſſem, & pars vacans accreſcit ſingulis pro rata [d]: aut excedunt aſſem, & quod excurrit, ſingulis pro rata decreſcit [e].

15. Tertio caſu tres iterum ſpecies diſtinguendæ 1. aut partes ſunt diſtributæ infra aſſem, & quod deeſt aſſi, cedit inſtitutis ſine parte [f], 2. aut ſuperant aſſem, & hoc quod dupondio deeſt, aut ſi dupondium expletum ſit, quod tripondio deeſt accipiunt

a *l. 7. ff. de R. I.*

b *l. 13. C. de hered. inſtit.*

c *§ 6. Inſt. h.*

d *d. § 7. h. l. 13. § 3. h. t.*

e *d. § 7. l. 13. ff. h. t.*

f *§. 6. Inſt. h. l. 17. pr. ff. eod.*

cipiunt inſtituti ſine parte a, 3. aut exæquant aſſem: & ſine parte ſcripti in novum aſſem veniunt, ſeu mediam hereditatis partem accipiunt b: aut ſi dupondium æquant partes, reliqui heredes in tertium aſſem ſive tertiam hereditatis partem vocantur c.

16. Ad formam Inſtitutionis præter bene declaratam voluntatem teſtatoris nihil requiritur. Declaratio autem ea poteſt fieri, non tantum quibuſlibet verbis, ſed & ſignis atque demonſtrationibus, ex quibus voluntas teſtatoris intelligi poteſt d: adeo, ut nec falſa demonſtratio, nec error in nomine, nec falſa cauſa adjecta inſtitutionem vitiet e.

17. Vitium tamen habet inſtitutio, 1. ſi in arbitrium alterius ſit collata f: 2. ſi in perſona heredis ſit erratum g: 3. ſi captatoria ſit h.

18. Poteſt etiam inſtitutio vel pure vel ſub conditione fieri i.

19. Conditio autem eſt qualitas adjecta negotio, qua id differtur donec ipſa exiſtat.

20. Eſt

a § 6. *Inſt. h. d. l. 17. ff. eod.*
b *d. §. 6.*
c *d. l. 17. §. fin. ff. h.*
d *l.* 1. §. 5. 6. 7. *l.* 9. §. 8. & 9. *ff. h. t.*
e *l.* 4 *C. h. l.* 72 §. 6. & *ſeq. ff. de cond. & dem.*
f *l.* 32. *ff. h.*
g *l.* 9. *pr. ff. l.* 4. *C. h.*
h *l.* 70. *ff de hered. Inſt.*
i § 9. *Inſt. h.*

20. Eſtque poſſibilis vel impoſſibilis.

21. Poſſibilis eſt poteſtativa, caſualis vel mixta [a]. Iſta pendet à voluntate inſtituti, illa à fortuna, hæc ab utraque.

22. Omnes autem hæ ſpecies voluntariis ſive extraneis heredibus, (de quibus hic tantum agitur) adjectæ, ſuſpendunt inſtitutionem [b]. Secus eſt in neceſſariis [c].

23. Impoſſibilis conditio quadruplex eſt. 1. jure. 2. natura. 3. facto: ſive ob circumſtantias temporis, loci, aut ſimiles: 4. perplexitate verborum.

24. Tres autem priores ſpecies in ultimis voluntatibus pro non adjectis habentur [d]: Sola ultima vitiat inſtitutionem: quia facit ut nulla voluntas teſtatoris intelligi poſſit [e].

25. Tempus inſtitutioni adjici non poteſt, ob dictam regulam Pomponii: Si adjiciatur, certum pro ſupervacuo eſt [f]. Si quod incertum eſt, an extiturum ſit, pro conditione habetur [g].

a *l. un. § 7. C. de Cad. toll.*

b § 9. *& 11. h. facit l. 8 ff. de per. & com. rei vend.*

c *l. ult. ff. de Condit. inſtit.*

d § 10. *Inſt. h. l. 1. l. 14. ff. de Cond. inſtit.*

e *l. 16. ff. de Cond. inſtit.*

f *d. § 9. h.*

g *l. 75. ff. de Cond. & dem.*

Tit. XV.

De vulgari Subſtitutione.

1. Porro heredis inſtitutio alia prima eſt, alia ſecunda: quæ & ſubſtitutio dicitur.

2. Subſtitutio eſt ſecundo vel ulteriori gradu facta heredis inſtitutio a.

3. Eſtque vulgaris vel pupillaris.

4. Vulgaris eſt, quæ fit à quolibet teſtatore cuilibet heredi in caſum primum quo heres factus non fuerit b.

5. Poſſunt autem ita ſubſtitui vel uni plures, vel pluribus unus, vel plures inſtituti ſibi invicem, quæ vulgo ſubſtitutio reciproca vocatur.

6. Reciproca autem ea ſubſtitutione facta ſine mentione partium, teſtator præſumitur eaſdem partes dediſſe in ſubſtitutione, quas dedit in inſtitutione c.

7. Sed etiam cum plures gradus ſubſtitutionis fecit teſtator, ſubſtitutus ſubſtituto, cenſetur etiam ſubſtitutus inſtituto: licet ſubſtitutus ſit coheredi d.

a *l.* 1. *ff. h. t.*

b *pr. Inſt. h. l.* 8. *C. de Impub & al. ſubſt.*

c §. 2. *Inſt h. l.* 74. *de leg.* 1.

d §. 3. *Inſt. h.*

8. Sub-

a § *ult. h. l. 40. ff. de hered. inſtit. ubi pro alter ſemis lege As.* 8. Subſtitutus autem ſervo alieno, quem teſtator ignoravit eſſe ſervum, dominus vero juſſit adire hereditatem, ſemiſſem acquirit ſibi, alterum ſemiſſem acquirente Domino ſervi [a].

TIT. XVI.

De pupillari ſubſtitutione.

1. Subſtitutio pupillaris eſt, qua paterfamilias liberis impuberibus in poteſtate ſua tempore mortis factique teſtamenti conſtitutis, licet exheredatis, ſcribit heredem, in caſum ſecundum, quo impubes ante pubertatem moritur [b].

b *pr. Inſt. h. l. 2. ff. eod.*

2. Moribus autem introductum eſt [c], ut vi patriæ poteſtatis teſtator poſſit liberis ſuis impuberibus ſucceſſorem dare qui in illorum univerſum jus ſuccedit [d], nec creditoribus hereditatis paternæ tenetur [e].

c *l. 2. pr. h.*
d *l. 10. § 5. ff. h.*
e *l. 42. ff. de acq. her.*

3. Subſtitutio hæc & tacite fieri poteſt. Nam vulgaris expreſſa inter eos inter quos poteſt eſſe pupillaris, continet tacite pupillarem, & expreſſa pupillaris tacite continet vulga-

rem

rem: niſi aliud voluerit teſtator aut niſi à milite facta ſit a.

4. Teſtator autem pupillariter ſubſtituere non poteſt, niſi & ſibi faciat teſtamentum. Nam pupillare teſtamentum pars & ſequela eſt paterni teſtamenti b.

5. Hinc & pupillaris ſubſtitutio exſpirat infirmato teſtamento paterno c, uti & pubertate filii: etſi teſtator in longius tempus ſubſtituiſſet d: nec non ſi filius tempore mortis deſinat eſſe in poteſtate e, exſpirat.

6. Hæc quidem ad veram pupillarem ſubſtitutionem pertinent: alia eſt quaſi pupillaris, ſive exemplaris, qua parentes utriuſque ſexus, liberis mente captis, & ob eandem rationem prodigis, mutis & ſurdis, licet exheredatis, etiam poſt pubertatem ſubſtituunt: quo caſu eo morbo per quem teſtari nequeunt deceſſerint.

7. Hæc ſubſtitutio extinguitur vitio vel morbo in totum abſcedente f.

8. Non tamen quoſlibet parentes ita recte ſubſtituunt, ſed primum liberos, ſi quos mente captus habet, ſin

a *l. 4. ff. h. t. l. 8. C. de imp. & al. ſubſt.*
b *§ 5. Inſt. h. t. l. 2. §. 1. ff. eod.*
c *d. §. 5. h.*
d *§. pen. h. l. 14. ff. eod.*
e *l. 41. §. 2. ff. h. t.*
f *§. 1. Inſt. h. l. 9. C. de Imp. & al. ſubſt.*

ſin minus, fratres & ſorores, his quoque deficientibus, quemvis alium a.

9. Plures ſubſtitutionum ſpecies jus civile non agnoſcit: non reciprocam, quæ tantum qualitas eſt nunc vulgari, nunc pupillari adjecta b.; non militarem, qua miles ultra annos pubertatis pupillariter ſubſtituit c: quod privilegium non facit novam ſpeciem: denique, nec fideicommiſſariam, quia fideicommiſſarius non eſt heres d.

a *d.l. 9 C.de Impub.*
b *vid. §.1. Inſt.de Vulg.*
c *l. 15. ff.h.*
d *§.3. Inſt.de fideic.*

Tit. XVII.

Quibus modis teſtamenta infirmentur.

1. Teſtamenta quæ non jure facta ſunt, ubi ſcilicet ſolemnia juris deſunt, vel in quibus ſuus heres præteritus eſt, ipſo jure nulla ſunt: nec reſciſſione indigent e: quæ autem jure facta ſunt, valent, donec infirmentur, vel ipſo jure, quod fit cum rumpuntur aut irrita fiunt f: vel facto hominis, ut inofficioſum reſcindentis. de quo titulo proximo.

2. Rumpitur autem teſtamentum vel agnatione ſui heredis, vel mutata voluntate teſtatoris.

e *l 1. ff h. l. 3. §.4. l. 6. §. 1. eod.*
f *pr. Inſt. h.*

3. Agna-

3. Agnatio ſui heredis eſt vel naturalis, vel civilis [a].

4. Naturalis, cum poſt factum teſtamentum poſthumus naſcitur [b].

5. Civilis fit, cum heres qualitatem ſui heredis, quam non habebat, poſt factum teſtamentum accipit; veluti 1. cum nepos tempore facti teſtamenti patrem habet, quo mortuo poſtea proximus & ſuus fit [c]: 2. cum filius naturalis poſt factum teſtamentum per legitimationem fit legitimus & ſuus [d]: 3. cum extraneus per adoptionem fit filiusfamilias & ſuus [e].

6. Mutatio voluntatis rumpit teſtamentum, quod vel corrumpitur, inciditur, deletur à teſtatore ſciente, & inteſtato decedere volente [f]. Vel alio poſteriore perfecto teſtamento abrogatur. Omne enim poſterius perfectum teſtamentum rumpit prius [g].

7. Imperfecto autem teſtamento, aut nuda contraria teſtatoris voluntate perfectum teſtamentum non infirmatur: Adeo, ut ne Princeps quidem ex imperfecto teſtamento capiat [i], niſi ſint teſtamenta imperfecta

a §. 1. *Inſt. de exher. lib.*
b *d.* §. 1. *de exher. lib.*
c §. 2. *Inſt. de exher. lib.*
d §. 2. *Inſt. de hered. ab inteſt.*
e §. 1. *Inſt. h.* *l.* 8. *pr. ff eod.*
f *l.* 1. *& t. t. ff de his. quæ in teſt. del.*
g §. 2. *& 3. Inſt. h.*
h §. 7. *h.*
i § *fin. h t.*

quæ pro perfectis habentur, ut militum, parentum inter liberos, nec non in quibus ſcripti ſunt heredes ab inteſtato ſucceſſuri a.

8. Vuluntas autem teſtatoris contraria coram 3. teſtibus vel apud acta declarata & decennii lapſu firmata, non eſt nuda, & ideo prius teſtamentum rumpit b.

9. Irritum autem fit teſtamentum 1. capitis diminutione maxima, media & minima teſtatoris c. 2. cum heres teſtamento inſtitutus non adit hereditatem d.

a *l.* 2. *ff. de injuſt. rupt. l.* 21. *cum auth. ſeq. C. de teſtam.* b *l.* 27. *C. de teſtament.* c §. 5. *& 6. h. t.* d §. 7. *Inſt. de hered ab inteſtat.*

TIT. XVIII.

De inofficioſo teſtamento.

1. Officio judicis reſcinditur inofficioſum teſtamentum inſtituta querela inofficioſi.

2. Inofficioſum dicitur teſtamentum, quod contra officium pietatis factum eſt: exheredatis vel præteritis illis, qui non debebant e

3. Querela autem inofficioſi eſt petitio hereditatis, ex cauſa inofficioſi teſtamenti. Sive eſt actio moribus

e *pr. Inſt.* ƒ *l* 3. *& 4. ff. eod.*

ribus Romanorum introducta, qua is,qui rite quidem , ſed tamen inique exheredatus vel præteritus eſt , teſtamentum reſcindi ſibique hereditatem ab inteſtato reſtitui petit , olim quaſi teſtator non ſanæ mentis fuiſſet , hodie quod exheredatio ſecundum forman novæ legis facta non ſit [a].

4. Datur autem hæc actio illis quibus debetur legitima : adeoque 1. liberis legitimis ſine diſtinctione gradus aut ſexus [b]:ſive ſui ſint , ſive emancipati [c]: Sui tamen à patre præteriti teſtamentum dicunt nullum ; emancipati bonorum poſſeſſionem contra tabulas habent [d]. 2. Parentibus ſive præteritis ſive exheredatis contra teſtamenta liberorum [e], qui teſtari poſſunt. 3. Fratribus germanis & conſanguineis, ſi in fratris teſtamento turpis vel levi macula notatus heres inſtitutus ſit [f].

5. Effectus querelæ olim erat,totius teſtamenti everſio ; nec mirum, quia dicebatur à demente factum [g]. Jure noviſſimo autem ſola heredis inſtitutio evacuatur [h].

a § 2. *Inſt. h. l. 2. & ſeqq. ff. eod.*
b *§. 1. & 2. Inſt. h. t.*
c *pr. Inſt. h.*
d *l. 23. ff. h. t.*
e *§ 1. Inſt. h. t.*
f *§ 1. Inſt. h. l. 27. C. h.*
g *pr. Inſt. h.*
h *auth. ex cauſa C. de lib. præter.*

a § 2. Inſt h. l. ult. C. d. lib. prat. 6. Ceſſat hæc actio 1. ſi actor alio remedio ſuum conſequi poſſit. Querela enim hæc eſt ultimum adjutorium [a]. 2. ſi actor eam remittat repudietve: ſive expreſſe [b], ſive tacite, cum intra quinquennium non agit [c]: aut cum ſuo nomine ex teſtamento defuncti quid accipiendo voluntatem ejus probat [d]. 3. in teſtamento militis [e]. 4. in teſtamento pupillari quod pater facit filio [f]. 5. Si exheredatio ſit legitima. 6. Si in legitima, vel tota, vel parte ejus ſit heres inſtitutus actor. Hoc enim caſu qui totam legitimam titulo inſtitutionis habet, nihil amplius petere poteſt, qui partem habet, non reſcindit querela teſtamentum, ſed partem reliquam petit condictione ex lege [g].

b l. 17. pr. ff. h. c l. pen. § 2 C. h. d § 4. & 5. Inſt. h. l. 8. § 10. ff. eod. e l 9. & 24. C. h. f l. 8. § 5. ff. h. g § ult. Inſt. h. junct. Nov. 115. c. 3 & l 30. C. h.

7. Eſt autem legitima portio hereditatis ab inteſtato debitæ [h].

h l. 8. § 6. ff. l. 31. C. h. t. i l 7. ff de bon. damn.

8. Debetur autem liberis quidem naturali quadam neceſſitate [i], & communi parentum voto [k]: parentibus, ob commiſerationem [l]: fratribus, ob odium inſtituti heredis [m].

9. Quan-

k l. 7 §. ult. ff ſi tabb. teſt. l l. 15. pr. ff. h. d. l. 7 § ult. l. 28. C. h. m l. 27. C. h.

9. Quantitatem autem legitimæ lex civilis ita definivit, ut legitima olim fuerit quarta, hodie autem ſit tertia, vel dimidia pars hereditatis: pro numero liberorum ſecundum illud:

Quattuor aut infra dant natis jura trientem.
Semiſſem vero dant natis quinque vel ultra [a]. a *Nov.* 18. *c.* 1.

10. Augmentum autem illud ex jure novo non tantum pertinet ad legitimam liberorum, ſed & ad parentum & fratrum [b]. b *d. Nov.* 18 *pr.* & *c.* 1.

Tit. XIX.

De heredum qualitate & differentia.

1. Teſtamento jure facto nec infirmato, heredes ſcripti acquirunt hereditatem: ſed alio atque alio modo, pro diverſa heredum qualitate & differentia.

2. Heredes enim ſunt vel neceſſarii, vel voluntarii. Neceſſarii ſunt vel tantum neceſſarii, vel ſui & neceſſarii. Voluntarii ſunt omnes extranei, h.e. qui extra ſuos & neceſſarios ſunt [c]. c *pr. h.t.*

3. Neceſſarii tantum ſunt ſervi proprii teſtatoris, qui inviti coguntur eſſe heredes a.

a §. 1. h. t.

4. Sui & neceſſarii dicuntur liberi, qui duo illa requiſita habent. 1. ut in patria poteſtate, 2. ut gradu proximi teſtatori ſint. Hi *ſui* dicuntur, quod vivo teſtatore quodammodo domini rerum illius & quaſi domeſtici heredes ſunt. Dicuntur etiam *neceſſarii*, quod inviti tam ab inteſtato, quam ex teſtamento ex lege XII. tabb. heredes fiebant. Sed poſtea dato eis à Prætore abſtinendi beneficio, revera deſierunt eſſe neceſſarii, manſerunt ſui b.

b § 2. h. t.

5. Sui ergo heredes, cum ipſo jure heredes ſint, etiam ignorantes c, non dicuntur hereditatem adire, ſed ſe ei immiſcere d.

§ 3. Inſt. de hered. ab. c d. § . 3. de hered. ab inteſt. d §. 2. & 5. h. t.

6. Extranei autem heredes hereditatem ita ignorantes atque ipſo jure non acquirunt, ſed declarando voluntatem ſuam, vel verbis, quæ vocatur aditio hereditatis: vel re ipſa & facto, quæ vocatur pro herede geſtio e.

e § 6. h. t.

7. Neque tamen extranei hereditatem acquirunt, niſi capaces ſint. & 1. facti

1. facti teſtamenti, & 2, mortis teſtatoris, & 3. adeundæ hereditatis tempore: ſive ipſi heredes inſtituti ſint, ſine alii quos in poteſtate habent a.

a §.4. *Inſt. h.t.*

8. Qui autem heredes facti ſunt, in univerſum jus defuncti ſuccedunt, adeoque ad omnia onera hereditatis tenentur, licet illa vires hereditatis multum excedant: nec contra illud damnum reſtitutione in integrum juvantur, niſi minor 25. annis adiit b. Regula enim juris eſt, *neminem poſſe hereditatem ſemel quæſitam repudiare* c.

b §.5. *Inſt. h t.* *l.* 7. §.5. *ff. de minor*;

9. Ad evitanda ergo incommoda damnoſarum hereditatum variæ obſervari merentur cautiones & jura, veluti 1. *Jus abſtinendi*, de quo modo dictum. 2. *Jus cretionis*, ſive tempus à teſtatore heredi datum, intra quod cernit, ſive adit, hereditatem d. 3, *Jus deliberandi*, quod à Principe vel Magiſtratu ſolet impetrari, plerumque ad annum, vel 9. menſes, cum urgent heredes ab inteſtato, vel creditores e: Si nemo urgeat, heres etſi uſque ad 30. annos deliberaverit, tamen recte pe-

c *l.* 4. *C. de rep. hered.*

d *Ulp. tit.* 22. §.27. & *ſeqq.*

e *l. ult.* §.13. *C. de jur. delib.*

tit hereditatem a. Accepto autem à principe vel Magiſtratu deliberandi tempore, ſi eodem heres non agnoſcat hereditatem, ſi quidem ab heredibus legitimis urgeatur, repudiaſſe: ſi à creditoribus, adiiſſe cenſetur b. Dum autem deliberat, intra tempus impetratum inſtrumenta hereditaria inſpiciendi, omniaque explorandi, ſed & neceſſaria in hereditatem impendendi, & ſi filius ſit, alimenta inde ſumendi jus habet c. 4. *Beneficium inventarii*, quod omnium cautionum juriumque tutiſſimum eſt.

a *l.* 7. *C. de pet. hered. l.* 8. *C de jur. delib.*
b *d. l. ult. §. pen. C. de jur. delib.*
c *l.* 5. 6. 7. *&* 9. *ff. de jure delib.*

10. Inventarium autem hoc, eſt deſcriptio omnium bonorum defuncti, tempore modoque legitimo facta.

11. Ut tempus ſit legitimum, inchoandum eſt inventarium intra 30 dies, ex quo ſcivit heres ſibi delatam eſſe hereditatem, & diebus 60 ſequentibus abſolvendum eſt d.

d *l. ult. §.* 2. *C de jure delib.*

12. Ad modum pertinet 1. ut fiat citatis & præſentibus, quorum intereſt, legatariis & creditoribus, aut ſi qui citati non venerint, coram tribus optimæ opinionis teſtibus e. 3. Ut adhibeantur notarii, qui de-

e *d. l. ult. §* 2. *Nov.* 1. *c.* 2.

actu

actu teſtari queant: 3. ut omnia, quæ defunctus tempore mortis habuit, ſpeciatim deſcribantur bona fide: 4. ſubſcribat ipſe heres, vel ſi ſcribere non poſſit, ob hoc ſolum ſpeciatim tabularium adhibeat, qui pro ſe literas ſupponat, venerabili ſigno ante manu ſua præpoſito. 5. Ut in ſubſcriptione addat quantitatem rerum & quod circa eas nihil frandulenter ſecerit [a].

13. Utilitates autem ſeptem ex rite confecto inventario heres habet: 1. quod non tenetur ultra vires hereditatis [b]: 2. quod quartam legis Falcidiæ ſervat [c]: 3. ſine periculo ſuo primo petenti creditori ſolvit [d]: 4. non aliud cogitur ſolvere quam quod in hereditate eſt [e]: 5. repetit ſumptus à ſe tanquam herede factos [f]: 6. actiones quas contra defunctum habuit, non amittit [g]: 7. Tempore quo fit inventarium, nec à creditoribus, nec a legatarijs conveniri aut moleſtia affici debet [h].

a *d. l. fin.* §.2.
b *d.l. fin.* §.4.
c *d.l. fin.* §.4. *d. Nov.*1. *c.*2.
d *d.l. fin.* §.4. & 5.
e *d l. fin.* §.6.
f *d.l. fin.* §.9.
g *d.* §.9.
h *d l. fin.* §.11.

Tit. XX.

De Legatis.

1. Olim teſtamentis etiam tantum relinquebantur legata, hodie & Codicillis.

2. Eſt autem legatum donatio quædam á defuncto relicta ab herede præſtanda a.

a §. 1. Inſt. h.

3. In legatis potiſſimum conſiderandum 1. quæ res. 2. quibus perſonis, 3. quo modo, 4. quo effectu relinquantur, 5. quando extinguantur.

4. De prima quæſtione eſt regula: *Legari poſſunt omnes res, præſentes & futuræ, propriæ teſtatoris & alienæ, corporales & incorporales, dummodo legatario acquiri, eique utiles eſſe poſſint* b.

b § 4. 5. 6. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. h. t.

5. Limitatur hæc regula 1. in rebus futuris, veluti fructibus, qui legati ſub conditione, ſi nati ſint, debentur c, & tamen ad heredes legatarii ut purum legatum tranſmittuntur d.

c *l. 1. § ult. ff. de cond. & dem.*

d *l 25. § . ff. quand. dies. legat. ced.*

6. Limitatur 3. regula in rebus alienis, quarum, ſi ab ignorante teſtatore legentur, nec æſtimatio, nec res

res ipſæ debentur, niſi conjunctis perſonis ſint relictæ a. a §.4.

7. Limitatur 3. regula in rebus legatis quæ tempore facti teſtamenti fuere alienæ, ſed poſtea ex titulo lucrativo legatarii propriæ factæ ſunt. Regula enim eſt *duas cauſas lucrativas in eandem rem & perſonam concurrere non poſſe* b. Ex alio teſtamento tamen æſtimationem primo, & ex alio deinde rem recte petimus: non contra c. h l.10. C. eod. b § 6. h. t. c d. §.6. Inſt.h. l.8?. d.V.S.

8. Limitatur 4. regula in re quæ tempore facti teſtamenti fuit legatarii, & poſt eſt aliena: cujus legatum corruit, per *regulam Catonianam*: ſecundum quam *legatum quod tempore facti teſtamenti eſt inutile, quandocunque teſtator deceſſerit inutile eſſe jubetur* d. d §.10. Inſt. h. l. 1. ff. de Reg. Cat.

9. De ſecunda quæſtione ſive perſonis regula eſt: *Legari poteſt omnibus cum quibus eſt teſtamenti factio paſſiva* e. hodie, etiam, perſonis incertis, civitatibus aliiſque collegiis f: & poſthumo alieno g: non tamen ſervo heredis: ne idem fiat debitor & creditor h. e §.24. Inſt. h. f §.25. & 27 h. & l 32. §.2. l 2 h7. 122 ff. d. leg.1. g §.26. h. l 17. d leg. 1

10. De tertia quæſtione regula eſt: h §.32. h.

eſt: *ad formam modumque legati nihil requiritur, niſi bene declarata voluntas legantis.* Teſtamento, an ab inteſtato, nihil intereſt: nec refert, an verbis damnationis, an vindicationis, an ſinendi, an præceptionis, aliiſve fiat: Exæquata enim ſunt legata omnia quod effectum & actiones attinet, non tantum inter ſe, ſed & fideicommiſſis [a].

11. Nec falſũ nomen falſave cauſa, aut demonſtratio, aut neglectus ſcripturæ ordo legatum vitiat [b]. Quin & pœnę nomine [c], & poſt mortẽ heredis vel legatarii relictum hodie valet [d].

12. Nec refert an in genere, an in ſpecie relinquatur, dummodo nimia generalitas non faciat deridiculum legatum [e].

13. In generis legato electio eſt legatarii, niſi aliud teſtator voluerit [f]. unde & legatum electionis dicitur, quod differt à legato optionis: quando ſcilicet ex certis ſuis rebus vel aliis, teſtator legatarium optare jubet, quod jus hodie etiam ad heredes tranſmittitur [g]. Cui autem optio legata eſt, poteſt eligere optimum [h]: cui genus, non item [i].

a §. 2. & 3. *Inſt. h. l* 2 *C. Commun. de leg.*
b § 30. & 31. *h. t.*
c § *ult. h. l. un. C. de his quæ pœn. nom.*
d § 35. *h.*
e § 22. *h. l.* 69. § 4 *ff. de j* *. *dot.*
f *d* §. 22 *h.*
g § 23. *h. t.*
h *l.* 9. §. 1 *ff. de dol. mal.*
i *l.* 37. *de leg.* 1.

14. Li-

14. Limitatur antedicta regula de forma legati, 1. quod multum refert, an pluribus disjunctim, an conjunctim relictum ſit: cum conjuncti gaudeant jure accreſcendi.

15. Eſt autem jus accreſcendi, quo portio deficientis accreſcit portioni non deficientis, inter conjunctos heredes vel legatarios.

16. Conjunctio fit tribus modis. 1. re, 2. verbis. 3. re & verbis ſimul[a].

17. Re conjunguntur, cum eadem res pluribus ſine vocula conjungente diverſis orationibus datur: ut Titio fundum Tuſculanum do lego: Seio eundem fundum Tuſculanum do lego. qui aliquando disjuncti appellanrur[b].

18. Verbis conjunguntur, qui vocula quidem conjungente & eadem oratione ad eandem rem vocantur, ſed æquis partibus: ut Titio & Seio æquis partibus fundum Tuſculanum do lego[c].

19. Re & verbis ſimul conjunguntur, quibus eadem res, una oratione, adeoque expreſſa vocula conjungente pluribus relinquitur ſine mentione partium: ut Titio & Seio fundum Tuſculanum do lego[d].

20. Illa

a *l. 142. d. V. S.*

b §. 8. *Inſt. h. l. un. §. 11. C. de Cad. toll.*

c *d. l. 142. d. V. S. § 8. h.*

l. 89. de leg. 3.

d *dd. ll.*

20. Illa vero formula, Titio dimidiam, & Seio alteram dimidiam partem fundi do lego, non conjungit, ſed disjungit [a].

21. Inter omnes conjunctos autem locum habet jus accreſcendi [b]: & quidem inter legatarios, ex præſumpta voluntate teſtatoris: inter heredes ex ratione Regulæ juris ſeptimæ.

22. Limitatur 2. antedicta regula de forma legandi, multumque intereſt an pure, an ſub conditione, vel in diem legatum ſit.

23. Dies legati puri ſtatim cedit & venit à morte teſtatoris: in diem relicti, cedit quidẽ à morte teſtatoris, ſed non venit: conditione autem adadjecta, nec exiſtente, dies nec ceſſit, nec venit [c], niſi conditio ſit impoſſibilis, quæ in legatis, uti in heredum inſtitutionibus ſe habet, adeoque pro non adjecta habetur: niſi pœnæ, hoc eſt coërcendi heredis cauſa impoſſibilis conditio adjiciatur [d].

24. Ad quartam quæſtionem & effectum legati pertinet regula: *Legati nomine & in perſonam heredis, & in res defuncti agi poteſt* [e].

a *l.* 1. *ff de Uſufr. accreſc.*
b *d.* §. 8. *h. d. l.* 89. *de leg.* 3.
c *l.* 213. *d. V. S. junct. l.* 1. *ff. Quand dies leg. ced.*
d § *ult. Inſt. h. t.*
e § 2. *Inſt. h. l.* 1. *C. Comm. de leg.*

25. Actio

25. Actio in perſonam heredis, eſt ex teſtamento, quæ naſcitur ex quaſi contractu heredis adeuntis, adverſus eundem, ad præſtandam rem legatam cum ſuis acceſſionibus [a]: aut ad præſtandam æſtimationem ſi res culpa heredis periit [b]: aut ad id quod ſupereſt, ſi periit ſine culpa heredis [c].

26. In rem autem agitur legati nomine, vel rei vindicatione, vel actione hypothecaria.

27. *Rei Vindicatio* datur domino [d]. Legatarius autem dominium mortuo teſtatore ipſo jure accipit, cum res teſtatoris propria, corporalis, pure legata eſt in ſpecie [e], ideoque eandem à quocunque poſſeſſore recte vindicat.

28. *Hypothecaria* autem actio datur creditori ad perſequendum pignus, adeoque & legatario, ad perſequendas res hereditarias, quæ omnes legati nomine tacite atque ipſo jure ei ſunt pignori obligatæ [f].

a §.19. & 20. *h.t.*
b §.16. *Inſt h.*
c §.17. & 18. *Inſt.*
d *l.*23. *ff.d. R.V.*
e *l.*64. *ff.de furt.l.* 80 *de leg.*2.
f *d.*§.2. *h.l* 1.*C. Comm. de legat.*

Tit. XXI.

De ademptione & tranſlatione legatorum.

1. Ad quintam quæſtionem de legatis pertinet regula hæc: *Legata ſæpe extinguuntur, adimuntur, transferuntur.*

2. Extinguitur legatum 1. cum legatarius ante teſtatorem moritur [a]. 2. ſi res legata pereat vel eximatur commercio ſine culpa heredis [b]: 3, cum res ex alia cauſa lucrativa ad legatarium pervenit [c]. 4. defectu conditionis [d]: 5. ſi teſtamentum ruptum irritumve ſit [e]: quod jure noviſſimo nonnihil limitatur [f].

3. Adimitur legatum vel ipſo jure vel ope exceptionis.

4. *Ipſo jure*, cum teſtator voluntatem ſuam mutat: *Ambulatoria enim eſt hominis voluntas ad extremum vitæ halitum*, etſi huic mutationi renunciaſſet [g].

5. Mutatam autem voluntatem declarat

a *l. un. C. de Cad. toll.* b §. 16. *Inſt. h.* c §. 6. *Inſt. h.* d *l. 2. de Cond. & dem.* e *l 17. ff de injuſt. rupt.* f *Vide ſup. tit de inoff. & auth. ex cauſa C. de lib. præt.* g *l 4 ff. h. t.*

declarat teſtator vel verbis quibuſcunque [a], coram quinque teſtibus tamen factis [b]: vel factis, ut ſi conſulto deleverit legatum [c]: vel nulla neceſſitate legatum diſtraxerit [d]: vel nomen legatum ipſe exegerit [e].

6. *Ope exceptionis* adimitur legatum, ſi quid contigerit ob quod ademptio præſumi debeat: ut ſi ini. micitiæ capitales intervenerint [f].

7. Quæ vero libertas eſt teſtatoris in adimendo, eadem etiam eſt in transferendo tranſmutandoque [g].

a *l 13. ff.eod.* b *ult. C.de Codicill.* *l. 22. C.de fideic.* c *l 16. ff.h.t.* d *§.12. I.de legat.l. 15. ff. h. t.* e *§.21. Inſt.h.*

f *l.3.ſ.11.& l.4 ff.h.* g *§.1. Inſt. h. l. 24. ff. eod.*

TIT. XXII.

De Lege Falcidia.

1. Aliquando legata pro parte minuuntur, non ſolum expreſſa voluntate teſtatoris, ſed & Lege Falcidia, quæ eſt plebiſcitum, quo cavetur, ne teſtator ultra dodrantem leget: ſed quartam partem heredi relinquat [h].

2. Si contra fecerit teſtator, heres jure retentionis quartam ſibi ſervat, nec ultra dodrantem legatariis præſtat; vel ſi ipſi jam poſſideant quartam ſuam vindicat [i]: vel actione

h *pr. Inſt.h. l.1.& t.t.ff. & C. eod.* i *l.pen. C.h.t..*

in

a l.77. §.2. de leg.2. b l.1. ff quod legat. in factũ agit a, vel interdicto repetit b.

3. De Lege Falcidia ejuſque uſu, obſervandæ ſunt ſequentes regulæ:

4. Regula prima: Lex Falcidia introducta quidem eſt teſtatorum, ſed & maxime heredum gratia c.

c pr. Inſt. h. junct. l.71. ff. eod.

5, Regula ſecunda: Si plures ſint heredes, in ſingulis ratio legis Falcidiæ eſt ſervanda d.

d §.1. Inſt. h. l.77. ff. h. t.

6. Regula tertia: In deductione quartæ Falcidiæ quantitas patrimonii ſpectatur, qualis fuit tempore mortis teſtatoris, quod poſt accedit deceditve, lucro damnoque heredis eſt e.

e §.2. Inſt. h.

7. Regula quarta: Cum ratio legis Falcidiæ habetur, ante deducitur æs alienum, funeris impenſa & ſervorum manumiſſorum pretia, iiſque deductis, ex reliquo quarta pars decerpitur apud heredem manſura f.

f §.3. Inſt. h.

8. Regula quinta: In hanc quartam tantum imputantur quæ heres capit jure hereditario, non quæ habet ex legati, fideicommiſſi ſimilive cauſa g.

g l.74. l.76. ff. h.

9. Regula ſexta: Lex Falcidia multis ceſſat caſibus, de quibus vulgati ſunt verſiculi:

Falci-

Falcidiam ceſſare facit pars debita natis [a].
Dos [b], *miles* [c], *vetitum* [d], *libertas* [e]. *ſponte ſolutum* [f].
Res vetitæ vendi [g]. *pietas* [h], *& chartula* [i], *crimen* [k]:
His heres ſi non facit inventaria ſubſit [l].

a *l ſcimus C. de inoff. teſt.* b *l.57. ff. h.* c *l. fin. C. d. inoff. teſt.* d *Nov* 1. *c.* 2. §. 2. e *l* 32 *fin. & ll. ſeqq. ff h.* f *l.* 9 *C. h* g *auth. ſed & C. h.* h *Nov* 131. *c.* 12. i *l ſi prædiorum C. h.* k *l* 59. *ff. h* l *Nov.* 1. *c.* 2. § 2.

Tit. XXIII.

De Fideicommiſſariis hereditatibus & ad Senatusconſultum Trebellianum.

1. Tantum de legatis, ſequuntur fideicommiſſa.

2. Fideicomiſſum eſt quod quis ultima voluntate rogatus eſt dare vel facere [m].

3. Eſtque univerſale vel ſingulare.

4. Univerſale eſt, quando hereditas vel ejus pars reſtitui rogatur [n].

5. Singulare, quo res ſingulæ relinquuntur [o].

6. Utrumque olim infirnum erat, ſed Auguſti tempore ſervari cœpe-

m *Ulpian in frag. tit.* 25. §. 1. n § 2. & 7. *Inſt h.* o *tot. tit. ſeq.*

cœperunt, cum cives Romani peregrinis aliiſque qui directo ex teſtamento capere non poterant, per interpoſitam perſonam, quæ capere poterat, & relictum reſtituere rogabatur, relinquerent in fraudem quodammodo legis: quod tamen admittendum videbatur tum favore ultimarum voluntatum, quem ratio naturalis exigere videbatur: tum coërcendæ perfidiæ cauſa eorum, qui rogati fidem defuncto de reſtituendo datam non ſervabant. Poſtea magis firmata ſunt fideicommiſſa tempore Neronis facto SCto Trebelliano, quo cautum: ut actiones hereditariæ cum bonis in fideicommiſſarium tranſeant, utque hic conveniatur utilibus actionibus, nec ullum damnũ ſit heredis. Tandem magis firmata ſunt tempore Veſpaſiani SCto Pegaſiano, quo permiſſum heredi quartam detrahere ita tamẽ ut, pro ea parte actionibus hereditariis teneretur, eaque de re ſtipulationes fiebant. Denique Juſtinianus ex duobus illis SCtis unum fecit, & Trebellianum ita auxit, correxitque, ut hodie illius SCti tria ſint capita. 1. Ut fiduciarium

rium recuſantem adire hereditatem, judex à fideicommiſſario rogatus cogat adire: qua aditione facta fideicommiſſarius accipit actionem teſtamentariam ad petendum fideicommiſſum [a]. Heres autem coactus omnis lucri expers eſt [b]. 2. Ut is qui plus quam dodrantem reſtituere rogatus eſt poſſit detrahere quartam [c]. 3, Ut actiones & onera hereditaria pro rata quartæ dividantur ſublatis veterum ſtipulationum ambagibus [d].

7. Neque tamen quarta nec onera illa pertinent ad fiduciarium, qui retenta re certa hereditatem reſtituere rogatus eſt. Is enim legatarii loco habetur, etſi res ei relicta majorem hereditatis partem contineat [e].

8. Neque etiam fideicommiſſarius alteri reſtituere rogatus detrahit Trebellianicam [f], etſi fideicommiſſariæ ſubſtitutiones fieri poſſint in infinitum. quæ tamen quartum gradum vel generationem non excedunt ſpeciali caſu illo, quo prohibita alienatione extra familiam, extraneus per medium impuberem heres ſit [g].

9. Denique ceſſat Trebellianica

fere

a §. 7. *Inſt h. junct. § pen. Inſt. de obl. quæ quaſ. ex contr.*
b *l.* 4. *ff. ad SC. Treb.*
c *d.* §. 7.
d *d.* § 7.
e §. 9. *Inſt. h.*
f §. 2. *&* 11. *Inſt. h. l.* 22 §. *ult. ad SC. Treb.*
g *Nov.* 159. *c.* 2.

fere iiſdem modis quibus & Falcidia. Scilicet in teſtamento militis [a]. Ob expreſſam prohibitionem teſtatoris [b]. In rebus certis alienari prohibitis [c]: aut piæ cauſæ relictis [d]: Item ſi heres ſciens remiſit [e], aut coactus adiit [f], aut inventarium non fecit [g].

10. Imputantur autem in hanc quartam non tantum quæ heres jure hereditario accepit, ſed & alia ex judicio defuncti vel alias ex hereditate percepta [h]. Secus ac in L. Falcidia.

11. Bona autem fideicommiſſariæ reſtitutioni obnoxia non poſſunt alienari [i]. Niſi ex cauſa dotis, donationis propter nuptias, ſimilive [k]. Si tamen rogatus ſit reſtituere quod ex hereditate cum moritur fiduciarius ſuperfuerit, recte alienat dodrantem [l].

12. Cæterum fideicommiſſa relinquuntur non ſolum teſtamento, ſed & ab inteſtato, & in epiſtola, vel libello, vel ſine ſcriptura & nutu; adhibitis tamen 5. teſtibus [m]. Imo aliquando ſine ullo teſte ſcilicet cum heres

a *l. 7. C. ad L. Falc.*
b *Nov. 1. c. 2. §. 2.*
c *Nov. 119. c. fin.*
d *Nov. 131. c. 1.*
e *l. 14. §. 4 ff. ad SC. Treb.*
f *l. 4. ff. eod.*
g *d. Nov. 1. c. 2.*
h *l. 22. § 2. ff. ad SC. Treb.*
i *l. 2 C. Comm. de legat.*
k *auth. Niſi C. ad SC. Treb.*
l *auth. contra C. eod.*
m *l. 22 C. de fideic.*

heres rogatus jurejurando confirmare non vult, nihil fidei ſuæ commiſſum a. Si tamen teſtamento relinquatur fideicommiſſum univerſale, opus eſt, ut quis recto jure heres inſtituatur b.

a § ult. Inſt. h. l. ult. C. eod.
b §. 1. Inſt. h.

13. Incapacibus autem jure novo inutiliter relinquitur. Nam quod palam illis relinquitur, pro non ſcripto habetur; quod clam ut indignis aufertur c.

c l. 3. ff. de his quæ pro non ſcript. l. 1. & 2. ff de jure Fiſci.

14. Deniq; obſervandum magnum favorem tribui fideicommiſſis, ob quem olim Romæ Prætor proprius, in Provinciis Præſides & Proconſules de iis cognoſcebant d. Non tamen præſumuntur niſi de voluntate defuncti conſtet. Unde nec liberi poſiti in conditione præſumuntur poſiti in diſpoſitione e. Et contra cum pater filium vel avus nepotem pure & expreſſe rogat reſtituere hereditatem cum moritur, præſumitur tamen ſub conditione demum, ſi ſine liberis decedat, fideicommiſiſſe f.

d pr. Inſt. h.
e l. 16. ff. de vulg. & pup. l. 17 §. 5 ff. ad SC. Treb.
f l. 30. C. de fideic.

TIT. XXIV.

De ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.

1. Singulare fideicommiſſum hodie per omnia legatis exæquatum eſt, nec huic quarta Trebelliana, ſed Falcidiana detrahitur [a].

a pr. & §. 1. h. l 2. *ff. ad. S.C. Treb. l. 2. & 3. C ad L. Falcid.*

TIT. XXV.

De Codicillis.

1. Codicillus eſt teſtati vel inteſtati voluntas minus ſolennis [b].

b §. 1. h. l. 8. §. 1. ff. eod.

2. Utiliſſimum enim civibus, & neceſſarium Auguſti tempore judicatum eſt, ut qui ſæpe, forte quod in peregrinationibus ſeptem cives Romanos teſtes invenire, aliaſque teſtamenti ſolennitates obſervare, & teſtari impedirentur, tamen Codicillis ultimam quandam voluntatem declarare poſſent [c].

c pr. h t.

3. Cæterum qui jure prohibentur teſtamentum facere, non poſſunt quoque facere codicillos [d].

d l 6. § 3. l. 8. §. 3. ff. h.

4. Quan-

4. Quanquam autem primum codicilli tantum ſcripti ſunt, poſt tamen & ſine ſcripto facti, unde alii ſunt ſcripti, alii nuncupativi [a].

5. Alii etiam ſunt Codicilli teſtato, alii ab inteſtato facti [b].

6. Teſtato fiunt, cum quiCodicillos fecit, vel ante, vel poſt eos teſtamentum quoque fecit. Utroque codicilli confirmari poſſunt [c]: & poſteriore quidem teſtamento expreſſe confirmari debebant jure veteri, ſed ex conſtitutione Severi & Antonini, ſufficit codicillos non eſſe teſtamento revocatos, aut non mutatam voluntatem apparere [d].

7. Cum autem teſtato fiunt Codicilli, omnem vim à teſtamento capere, & eo corruente corruere intelliguntur [e].

8. Multum ergò differunt teſtamenta & codicilli: Nam 1. teſta menta multam ſolennitatem requirunt: ut dictum ad titulum de teſtamentis ordinandis: Codicilli nullam *fere* requirunt [f]. Dico *fere*, quia & quinque teſtes, & ſubſcriptionem eorum & ut uno contextu fiat, requirit Theodoſius: quæ certe ad

a *l. ult. C. de bon. quæ lib. l. ult. §. ult. C. h. l. 13. C. de SS. Eccleſ.*
b *d. §. 1 h. l. 8. ff. eod.*
c *pr. h. l. 6. §. 2 ff. eod.*
d *§. 1. h. l. 3. §. ult. ff h. t. l. 12. § 5. ff. de capt. & poſtlim. rev.*
e *§. 1. Inſt. h.*
f *§ ult. Inſt. h.*

ſolennitatem, non ad probationem ſpectant. Sed præter illa pauca, nihil ſolennitatis ad Codicillum requiritur: unde & mulieres, & non rogatos poſſe eſſe teſtes in codicillo conſequitur. 2. Heredis inſtitutio in teſtamento neceſſario fieri debet. Sed codicillis hereditas directo nec dari, nec adimi, nec reſtringi poteſt, ne confundatur jus teſtamentorum & codicillorum [a]. Sola ergo fideicommiſſaria hereditas codicillis recte relinquitur. 3. Codicillos plures quis habere poteſt [b]: nec poſteriores derogant prioribus, niſi ſint contrarii [c]: ſed nemo poteſt cum duobus teſtamentis decedere [d].

a §. 2. *Inſt. h. t. l.* 10. *ff. eod.*
b §. *ult. Inſt. h.*
c *l.* 3. *C. h. t.*
d § 2. *ſup. quib. mod. teſt. infirm.*

9. Quanquam autem diſtincta ita ſint jura teſtamentorum & codicillorum, ſæpe tamen contingit, ut teſtamentum imperfectum, ſi modo uno contextu coram 5 teſtibus factum ſit, ut fieri debet codicillus, valeat tanquam codicillus; non quidem ſemper & ex perpetua præſumptione juris, ut vulgus Doctorum vult, ſed propter clauſulam codicillarem, vel ſimilem, quam pagani teſtamentis ſuis expreſſim addere ſolent:

lent a: qualis eſt illa: *Si hoc meum* a *l.* 1.
teſtamentum non valet ut teſtamentum; *ff. h.*
valeat ut Codicillus: vel amplior, ut: *l.* 41.
Hoc meum teſtamentum cupio eſſe §. 3. *de*
ratum quocunque jure poterit b, *ſive* *vulg.*
jure codicilli, ſive donationis mortis cau- *& pup.*
ſa, ſive donationis inter vivos, ſive alio *ſubſt.*
quovis. *l. ult.* §. 1. *C h.*

b *l.* 29. §. 1 *ff. Qui teſt fac. poſſ.*

LIB. III.

TIT. I.

De hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

1. Tantum de ſucceſſione teſtamentaria, ſequitur legitima, quæ immediate à lege defertur cum quis inteſtatus decedit c. *c l.* 130 *d. V.S.*

2. Inteſtatus dicitur 1. qui teſtamentum omnino non fecit 2. qui non jure fecit. 3. cum id quod fecerat ruptum irritumve factum eſt, 4, cum nemo heres ex teſtamento facto extitit d. d *pr. Inſt. h. t.*

3. Lex autem XII. tabb, heredita-

Digitized by Google

tem inteſtati ad ſuos heredes pertinere volebat, qui excludebant emancipatos licet gradu propiores a.

a §. 1. & 2. h.

Tit. II.

De legitima agnatorum ſucceßione.

1. Deficientibus ſuis heredibus ex lege xii. tabb. hereditas pertinebat ad proximos agnatos in infinitum, ſive naturales eſſent, ſive adoptivi, ad agnatas autem non ultra ſecundum gradum b.

b §. 1. 2. & 3. h.

Tit. III.

De Senatuſconſulto Tertulliano.

1. Cum Lex xii. tabb. tantum vocaret agnatos, adeoque mater filiæ ſuccedere non poſſet, quod durum judicabatur, Adriani temporibus factum eſt Senatuſconſultum Tertullianum, ſecundum quod mater ingenua, trium liberorum jus habens, & libertina quatuor, ad bona filiorum filiarumve admittitur c.

c §. 2. Inſt. h.

Tit.

Tit. IV.

De Senatuſconſulto Orphitiano.

1. Nec liberi ad matris hereditatem lege XII. tabb. vocabantur: quia ei nec ſui, nec agnati erant, quod cum etiam durum videretur, ad orationem Divi Marci factum eſt Senatuſconſultum Orphitianum, ſecundum quod filio filiæque data eſt legitima hereditas matris, etſi alieno juri ſubjecti ſint: præferunturque conſanguineis & agnatis defunctæ matris a.

a *pr. Inſt. h. l. pen. ff. ad SC. Tertull.*

Tit. V.

De Succeſſione cognatorum.

1. Ergo cognati, hoc eſt, per fœminas conjuncti, jure civili minime legitimam hereditatem, nec conjuncti per mares, ſive agnati illi qui minimam capitis diminutionem paſſi ſunt, petere poterant Si tamen nulli eſſent ſui, aut agnati aliive legitimi heredes, Prætor cognatos admittebat ad bonorum poſſeſſionem uſque ad ſeptimum gradum b.

b *pr. §. 1. & ult.*

Tit. VI.

De gradibus cognationum.

1. Gradus hic nihil aliud eſt quam certa cognatorum diſtantia.

2. Cognati autem dicuntur quaſi ex uno ſanguine nati, ſive quod alter alterum genuit, quales conſtituunt lineam rectam, vel ordinem aſcendentium & deſcendentium; ſive omnes ab iiſdem parentibus ſint geniti, qui conſtituunt lineam lateralem, ſive tranſverſam [a].

a pr. Inſt. h. 3. In utraque linea certa & expedita eſt regula juris Civilis connumerandi gradus: ſcilicet, ſemper generata perſona adjicit gradum [b]. Vel

b §. 7. Inſt. h. t. *unaquæque generatio facit gradum*: cum qua regula conveniunt illæ: *In* linea recta *tot ſunt gradus quot ſunt perſonæ, dempta una*: & in linea laterali *tot ſunt gradus quot ſunt perſonæ, ſtipite dempto.*

4. At canones in linea quidem recta cum jure civili conveniunt, in linea autem tranſverſa, diſtinguunt inter lineam æqualem & inæqualem: & *in linea æquali ex duobus gradibus*

civi-

civilibus faciunt unum: ut frater & ſoror, qui jure Civili ſunt ſecundo gradu conjuncti, jure Canonum ſint primo : & horum liberi , qui jure Civili quarto , Jure Canonum ſecundo gradu diſtent. In linea vero inæquali regula eſt Juris Pontificii : *quoto gradu remotior diſtat à communi ſtipite , eo gradu diſtant inter ſe* [a]. Et hæc quidem regula abſurda eſt, cum per eam fratris mei pronepos , quarto gradu & à me, & à filio, & à nepote meo diſtet.

5. Hæc quidem connumerandi gradus ratio ad affines minime pertinere poteſt , qui nec ex ſanguine eodem, nec alter ab altero generati ſunt: unde nec veri affinitatis ſunt gradus [b]. Sunt tamen quaſi gradus affinitatis , quos ipſos JCtum noviſſe oportet [c]. Cognoſci autem poſſunt ex hac regula : *Quoto gradu cognationis quis junctus eſt uxori meæ , eodem gradu affinitatis junctus eſt mihi , & quoto gradu cognationis quis junctus eſt mihi , eodem gradu affinitatis junctus eſt uxori meæ.* Cæterum affinitas quid ſit dictum ad titulum de nuptiis.

a *c. ult. x. de conſang. & aff. c. ad ſedem. c. parentelæ cauſ. 35 qu. 5.*

b *l. 4. § 5 ff. de grad. & affin.*

c *l. 10. pr. ff. eod.*

Tit.

Tit. VII.

De Servili cognatione.

1. Servilis cognatio eſt, quæ tempore ſervitutis contracta eſt, & ante Juſtinianum ne quidem poſt manumiſſionem proderat ad ſuccedendum [a]. Nuptias tamen poſt manumiſſionem impediebat ſervilis cognatio [b].

a *l ult. C. d. bon. libert.*
b §. 10. *Inſt. de nupt.*

Tit. VIII.

De Succeſſione libertorum.

Jus ſuccedendi in bona libertorum olim varium fuit, tandem eo fere rediit, ut, 1. vocentur liberi, 2. fratres & ſorores, 3. parentes, 4. patroni, 5. patronorum liberi, vel parentes, vel agnati ad quintum gradum [c].

c *t. t. h junctâ l. ult. C. de bon. libert.*

Tit. IX.

De Aſſignatione libertorum.

Aſſignatur libertus, cum patronus ſive teſtamento ſive ſine teſtamento alicui ex liberis jus patronatus

tus tribuit:ne, quod alias fit, omnes liberi æquali jure utantur [a].

a pr. Inſt. h. t.

De Succeſsione ab inteſtato ſecundum Novellam 118. & jus noviſsimum.

1. Jus ſuccedendi ab inteſtato, ſive Lege XII. tabb. ſive aliis antiquis legibus aut moribus introductum, de quo ante dictis titulis actum eſt, multum mutatum eſt jure recentiore, & imprimis Novella 118. quæ omni diſcrimine inter ſuos & emancipatos, nec non inter agnatos & cognatos ſublato, ſimplicem ſuccedendi rationem inducit, cujus ſumma vulgatis hiſce verſiculis exprimitur.

Res inteſtati recipit gradus inferiorum:
Qui ſi defuerint, venient tum ſuperiores.
Cum patre ſuccedunt fratres ab utroque parente:
Et tamen hos comitatur avus patre deficiente.
Fratres ab uno fratres removent ab utroque:
Poſt fratres ſobolemque ſuam, quosquemque priorem.

Dixe-

Dixeris eſſe gradu, de jure ſcias potiorem.

2. Sic ergo primo vocantur cognati, quorum triplex eſt ordo, deſcendentium, aſcendentium & collateralium: de quibus tantum agit d. N. 118. Alio tamen jure deficientibus cognatis ſecundo vocantur conjuges. Sed cum nec conjux ſupereſt, tertio vocantur quandoque collegia licita: aut quarto liberalitatis Imperialis ſocius. Omnibus autem deficientibus quinto & ultimo loco Fiſcus occupat bona vacantia: de quibus ſingulis porro videndum.

3. Primo omnium ergo ad ſucceſſionem ab inteſtato lex vocat deſcendentes; de quibus regula eſt: *Liberi ex juſtis nuptiis procreati tam emancipati, quam ſui parentibus ante omnes alios ſuccedunt: & quidem in capita,* ſi omnes primi gradus veluti filii ſint, ſi ulterioris gradus ſint, veluti nepotes, in ſtirpem quam repræſentant a, quod jus repræſentationis in deſcendentibus locum habet in infinitum.

a *Nov* 118. *c.* 1. §. 6. & §. *fin. Inſt. h.*

4. Hæc regula ergo pertinet quidem ad legitimatos, qui parenti-

bus

bus ab inteſtato ſuccedunt ut legitimi in allodia[a], at non in feuda[b]. Non autem pertinet regula, 1. ad adoptivos, nec 2. ad naturales, nec 3. ad ſpurios, nec 4. ad inceſtuoſos aut damnato legibus coitu natos liberos.

5. Adoptivi patri naturali & adoptivo ſuccedunt, licet ab extraneo adoptati ſint. Et quidem patri adoptivo ſuccedunt una cum legitimis liberis, perinde ac legitimi nati[c]. Non etiam agnatis & cognatis patris adoptivi[d].

6. Naturales, ſive ex concubina nati, patri non ſuccedunt, ſed alimenta tantum ab eo accipiunt[e]: niſi cum pater nec legitimam conjugem, nec liberos habet legitimos: quo caſu admittuntur ad duas uncias cum matre concubina dividendas[f]. Matri vero & omnibus per lineam maternam aſcendentibus ſuccedunt perinde, ut legitimi, una cum aliis liberis legitimis, etſi mater ſit illuſtris[g].

7. Spurii, ſive ex meretrice nati, patri prorſus non ſuccedunt[h]. Matri vero & aſcendentibus maternis ſuccedunt, & quidem una cum legitimis libe-

a *Nov.* 74. & 89.
b 2. *feud.* 26. §. *naturales.*
c §. 2. *Inſt. de adopt.*
d *l.* 5. *C. de ſuis & legit. her.*
e *l pen.* §. 1. *in fin. C. de adopt.*
f *auth. licet C. de nat. lib*
g *Nov.* 89. *c.* 12 §. 4.
gl 2. *ff. Unde Cognati. l. pen. C. ad SC. Orphit.*
h *l.* 2. *l.* 4. *ff Unde Cognat.*

liberis; niſi mater ſit illuſtris & liberos habeat legitimos [a].

8. Ex damnato legibus coitu nati, ut inceſtuoſi, adulterini, nec patri, nec matri ſuccedunt: & Jure Civili quidem ne alimenta petere poſſunt [b].

9. Hæc de ſucceſſione deſcendentium, qui ſi non adſint, admittuntur aſcendentes, ſive ſoli ſint, ſive cum fratribus. Si ſoli ſint, & quidem paterni & materni generis, ex æquo, paterni in mediam, & materni in alteram mediam partem, licet inæquali ſint numero, ſuccedunt. Nec attenditur, unde defunctus bona acquiſiverit [c].

10. Proximus autem aſcendens excludit remotiorem, quamvis is defunctum in poteſtate habuerit, Jus enim repræſentationis inter aſcendentes plane non attenditur [d].

11. Si aſcendentes non ſint ſoli, ſed inveniantur etiam fratres & ſorores defuncti germani, tum omnes hi ſuccedunt in capita, cum aſcendente proximo ſcilicet patre vel avo, ſi parens primi gradus non adſit [e], ita

a l. pen. C. ad SC. Orphit.

b auth. ex complexu C. de Inceſt. & inut. nupt.

c Nov. 118. c. 2.

d d. Nov. 118. c. 2. auth. defuncto. C ad SC. Tertull.

e Nov. 118. c. 2. juncta l. proximus ff. d. V. S.

ita ut filius quoque plenum jus ſuæ portionis conſequatur a.

12. Si etiam cum aſcendentibus & fratribus ſororibuſque germanis inveniantur ejuſmodi fratris vel ſororis prædefunctæ liberi, admittuntur in portionem quam parens accepturus fuiſſet, ſi ſupervixiſſet, jure novo. Idem obtinet ſi fratrum germanorum liberi ſoli cum aſcendente concurrant b.

13. Cæterum ut liberi naturales, ſpurii & ex damnato legibus coitu nati ſuccedunt, vel non ſuccedunt parentibus, ita vice verſa quoque parentes hiſce.

14. Extraneus autem adoptans, non ſuccedit filio adoptato. Arrogator ſuccedit filio arrogato puberi, poſt liberos ejus, & fratres c.

15. Tantum de ſecundo ordine aſcendentium, tertius ſcilicet collateralium ſuccedit ſecundum regulam: *Qui prior eſt gradu potior eſt jure* d. Regula autem hæc limitatur in fratribus eorumque liberis: in quibus duplicitas vinculi & jus repræſentationis quoque ſpectatur, facitque

a *d. Nov.* 118. *c.* 2.

b *Nov.* 127. *qua corrigitur Nov.* 118. *c.* 2.

c §. 2. *Inſt. de acq. per arrog. l* 4 *C. de bon. quæ lib. l. ult. C. Comm. de ſucceſſ.*

d *d. Nov.* 118. *c.* 3.

que, ut remotior præferatur priori.

16. Primo enim vocantur fratres & ſorores germani, qui conſanguineos & uterinos omneſque alios ejuſdem ordinis excludunt [a], exceptis fratrum germanorum præmortuorum filiis, qui repræſentant ſtirpem [b]. Unde & defuncti fratres conſanguineos, & uterinos, nec non thios defuncti (id eſt, patruos, avunculos, amitas) excludunt; Deſcendentes enim hoc caſu videntur, qui potiores ſunt aſcendentibus.

a *auth. itaque C. Comm. de Succeſſ.*

b *Nov. 118. c. 3.*

17. At ſi ſoli ſint fratrum liberi, in capita non in ſtirpes ſuccedunt; decidente Carolo V. conſtitutione ſua Imperiali 1529.

18. Poſt fratres germanos eorumque liberos, nec duplicitas vinculi, nec jus repræſentationis, ſed ſola gradus prærogativa ſpectatur ſecundum dictam regulam. Succeduntque proximi, ſive agnati, ſive cognati, in infinitum. Nec enim agnatorum ſucceſſio ullo jure intra certum gradum reſtricta eſt [c].

19. Deficientibus omnibus ſanguine

c *§ 3. Inſt de Succeſſ legit. agnat. §. ult. de Serv. cog nat. l. 2. §. 1. ff. de Juis & legit. her. Nov. 118. c. 3.*

guine junctis, ex jure Prætorio admittuntur conjuges legitimi [a].

20. Aliquando tamen etiam conjux exiſtentibus cognatis, imo liberis, ſuccedit in quartam vel virilem partem, ſi ſcilicet matrimonium ſit ſine dote & conjux præmoriens locuples [b].

21. Deficiente conjuge, ſi defunctus certi licitique collegii fuit, veluti Decurionum, Naviculariorum, fabricenſium, cohortalium, ſimiliſve, collegium id ſuccedit [c], niſi liberalitatis Imperialis ſocius ſit, qui præfertur jure accreſcendi [d].

22. Ultimo loco Fiſcus admittitur, vacantemque hereditatem occupat, qui proinde non fit heres, ſed tamen res omnes hereditarias acquirit, dummodo jus illud intra quadriennium agnoſcat [e], & creditoribus pro virili ſatisfaciat [f].

a *l 1. C. Unde Vir & Uxor.*

b *auth. præterea C Unde Vir. & Ux. Nov.* 117. c. 5.

c *t. t. C. de hered. Decur.*

d *l un. C. Si liber. Imper. ſoc.*

e *l. 4. C. de bon. vac.* f *l. 1 1. ff de jure fiſci.*

T I T. X.

De bonorum poſſeſſionibus.

Actum eſt de primo modo acquirendi per univerſitatem, ſcilicet heredi-

hereditatis tum teſtamentariæ, tum legitimæ acquiſitione, ſequitur ſecundus, bonorum poſſeſſionis agnitio.

1. Eſt autem bonorum poſſeſſio *Jus perſequendi retinendiqūe patrimonii quod cujuſque cum moreretur fuit* a. Effectu nihil aliud eſt, quam *hereditas à Prætore delata* b. Etſi enim Prætor verum heredem non poſſit facere, facit tamen bonorum poſſeſſorem, qui jure heredis utitur, unde & bonorum poſſeſſio hereditatis appellatione venit c.

2. Bonorum poſſeſſio duplex eſt: Edictalis vel Decretalis d.

3. Decretalis eſt, quam prætor cauſa cognita decreto tribuit, non tam ut defuncto quis ſuccedat, quam ut interim donec quid factum ſit, poſſideat e: cujus ſpecies ſunt 1. bonorum poſſeſſio quę datur ventris nomine f: 2. Carboniana g: 3. Litis ordinandæ gratia: quam Prætor verbis dabat filio, ne ei interim exheredatio noceret, ſed ut quaſi poſſeſſionem

a l 3. § 2. ff. de bon. poſſ.

b l. 2. ff. de bon. poſſ.

c d. l. 2. l. 138. ff. d. V. S. pr. I. h.

d l. 1. § 7. ff. de Succeſſ. Ed. l. 30. § 1. ff. de acq. vel am. her.

e d. l. 30. § 1. l. 2 § 1. ff. quis ordo. f l. 1. pr. & §§. ſeqq ff. de Vent. in poſſ. mitt. g l 1. pr. & §. 8. ff. de Carb. Ed.

ſeſſionem ſui heredis retineret, dum peragitur querela inofficioſi a.

4. Edictalis bonorum poſſeſſio eſt, quam Prætor edicto ſuo, certo perſonarum ordini, ſine cauſæ cognitione concedit b.

5. Eſtque extraordinaria vel ordinaria.

6. Extraordinaria eſt, quæ à Lege, Senatuſconſulto, aut conſtitutione Principis certis perſonis defertur c.

7. Ordinaria eſt, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato.

8. Ex teſtamento duæ ſunt ſpecies: 1. bonorum poſſeſſio *ſecundum tabb.* quæ datur ſcriptis heredibus, & ex conſtitutionibus Principum accommodatur etiam heredibus nuncupatis d. 2. *contra tabb.* quæ datur liberis, parentibus & patronis, imprimis vero liberis emancipatis præteritis e, niſi præteritio ſit pro exheredatione. Hodie datur quoque ſuis f.

9. Ab inteſtato ſunt 4. ſpecies. Prima eſt bonorum poſſeſſio *Unde liberi,* qua liberi parentibus ſuccedunt, ſive

a *l.* 8. § 1. *ff. de inoff. teſt.*

b *l.* 30. §. 1. *in fin. ff. de acq. her.*

c *t. t. ut ex legib. SCtis bon. poſſ. detur.* §. 3. *Inſt. h.*

d *l.* 2. *C. de bon. poſſ. ſec. tabb.* §. 1. *h.*

e §. 1. *h.*

f §. 12. *Inſt de hered. ab inteſtat. l.* 1. *ff. bon. poſſeſſ. cont. tabb.*

ſive in eorum poteſtate, ſive ſui juris fuerint [a].

10. Secunda *Unde legitimi*, quæ datur agnatis patrono & patri, qui filium emancipavit, & generaliter omnibus, quibus Lex vel Senatus, non vero Prætor defert hereditatem. [b].

11. Tertia *Unde cognati*, quæ datur cognatis proximis [c].

12. Quarta *Unde Vir & Uxor*, qua conjux ſuperſtes ſuccedit conjugi defuncto [d].

13. Liberis autem & parentibus intra annum, cæteris intra centum dies bonorum poſſeſſio petenda eſt [e], & ſi intra hoc tempus aliquis bonorum poſſeſſionem non petierit, ejuſdem gradus perſonis accreſcit: vel ſi nullus ſit, deinceps cæteris bonorum poſſeſſionem perinde ex ſucceſſorio edicto Prætor pollicetur, ac ſi is qui præcedebat ex eo numero non eſſet [f].

a *l. 1. ff. ſi tabb. teſt nulla extab. Unde lib.*
b *l. 3. & t. t. ff. Unde legit. §. 2. Inſt. h.*
c *t. t. ff. Unde Cognati.*
d §. 2. *h. l. 1. ff. Unde Vir & Ux.*
e §. 4. *in fin Inſt. h. t.*
f § 5. *Inſt. h. t.*

Tit.

Tit. XI.

De acquiſitione per arrogationem.

Sequitur tertius modus acquirendi per univerſitatem, ſcilicet *Arrogatio,*

1. Nam cum quis ſe dat arrogandum, cum capite omnem fortunam omneſque res ſuas in poteſtatem & familiam arrogatoris transfert, adeo ut etiam poſſeſſio, & nomina, & actiones, arrogatori ipſo jure acquirantur [a]. a §. 1.

2. Hodie tamen pater arrogator ut naturalis, uſumfructum tantum adventitiorum conſequitur, & poſt liberos & fratres defuncto filio ſuccedit [b]. *h.l.* 15. *ff. de adopt. l.* 16. *ff. de precar.* b §. 2.

h. & l. ult. C Comm. de ſucceſſ.

Tit. XII.

De eo cui libertatis conſervandæ cauſa bona addicuntur.

Quartus modus acquirendi per univerſitatem ex conſtitutione Divi

Divi Marci eſt *addictio bonorum libertatis conſervandæ cauſa.*

1. Nam ſi illi, qui libertatem à Domino in teſtamento acceperunt, ex quo non adita eſt hereditas, velint bona ſibi addici, ut libertates conſerventur, præſtita idonea cautione, de ſolido creditoribus hereditariis ſolvendo, audiuntur: & licet nec heredes, nec bonorum ſucceſſores ſint, tamen tanquam heredes Prætorii, utilibus actionibus à creditoribus conveniri poſſunt [a].

[a] *pr. & §. 1. h. l. 3. ff. de fideic. libert.*

Tit. XIII.

De Succeſſionibus ſublatis quæ fiebant per bonorum venditiones & ex Senatuſconſulto Claudiano.

1. Quintus acquirendi modus per univerſitatem erat olim bonorum emptio, ex L. XII. tabb. deſcendens, cum bona ejus qui ſolvendo non erat, haſtæ ſubjecta, ſolenniter per Magiſtratum emptori creditoribus ſatisfacturo venderentur.

2. Sed illæ venditiones cum judiciis

ciis ordinariis exſpiraverunt [a] : datumque creditoribus officio judicis bona poſſidere [b], & noviſſimo quidem jure conſtitutum eſt, ut miſſio non fiat in univerſa bona, ſed tantum pro quantitate debiti [c].

3. Sextus modus acquirendi per univerſitatem erat ex Senatuſconſulto Claudiano, quo mulier libera poſt trinam Domini prohibitionem ſe jungens ſervo alterius, illius Domini ſerva fiebat, & ad eum omnes fortunas ſuas transferebat. Sed id jus antiquatum eſt [d]. Nam mulier retinet libertatem : ſervus autem verberibus caſtigatur & diſſolvitur conjunctio [e].

a *pr. h.*
b *t. t. ff. de reb. aut. jud. poſſid.*
c *Nov. 53 c. 4. §. 1. auth. & qui jurat. C. de reb auth. jud. poſſ.*
d *in fin h. t.*
e *l un. C. de SC. Claud toll.*

Tit. XIV.

De Obligationibus.

Actum eſt de potiſſima juris in re ſpecie, ſcilicet dominio ejuſque acquirendi modis; porro agitur de jure ad rem ſive in perſonam, ſcilicet de obligatione.

1. *Obligatio eſt juris vinculum quo neceſſi*

neceſsitate adſtringimur ad aliquid præſtandum a.

2. Eaque docendi cauſa poteſt ſtatui triplex, Naturalis, civilis & mixta.

3. Uti enim jus triplex eſt; aliud *naturale*, quod hoc loco etiam complectitur jus gentium b; aliud *civile*, quod nonnunquam à naturali recedit c; aliud *mixtum* ex naturali & civili d: ita quoque obligationem ſive vinculum juris triplex eſſe oportet.

4. Naturalis obligatio eſt, quæ ex mera æquitate naturali naſcitur e.

5. Eſtque efficax vel inefficax.

6. Efficax eſt, quæ quidem actionem jure Romano non producit f: ſed tamen alios non contemnendos effectus habet. Nam 1. exceptionem parit, unde & repetitionem indebiti ſoluti impedit g: 2. facit locum compenſationi h: 3. novationi i: 4. conſtituto k: 5. pignori l: 6. fidejuſſori m. Talis eſt obligatio ex nudo pacto, Pupilli, qui intellectum

a *pr. Inſt. h. junct. §. 1. Inſt. de except. & l. 95. §. 4. ff. de ſolut.* b *d. l. 95. §. 4. l. 84. de R. I.* c *§. 1. Inſt. de except.* d *l. 6. ff de Inſtit. & jur.* e *d. l. 95. §. 4.* f *l. 7. pr. & §. 4. ff. de pactis.* g *d. l. 7. §. 4. l. 13. l. 26. §. 12. ff. de Cond. indeb.* h *l. 6. ff. de Compenſ.* i *l. 1. §. ult. ff. de novat.* k *l. 1. §. 7. ff. de Conſtit. pec.* l *l. 1. pr. ff. de pign. act.* m *§. 1. Inſt. de fidejuſſ.*

ctum habent, aut locupletiores facti ſunt ex re alterius a, dicuntur etiam quidem naturaliter obligari, ſed prima illa obligatio non omnes enumeratos effectus, ſed quoſdam habet b. Hæc poſterior ex conſtitutione Divi Pii utilem actionem parit c.

7. Inefficax eſt, vinculum naturalis æquitatis, quod in jure civili nullum obligationis effectum habet: ſed in ſolius honeſtatis & æquitatis terminis ſubſiſtit, ut eſt obligatio ad gratitudinem, ſive ἀντίδωρα d. Item ad integra legata ſolvenda ab eo, qui Lege Falcidia uti poteſt e. Item ex teſtamento minus ſolenni f.

8. Civilis obligatio, eſt vinculum meri Juris Civilis.

9. Eſtque alia plenior effectu, alia minus plena.

10. Plenior eſt, quæ parit actionem & exactionem: ut obligatio ex re judicata, ex jurejurando, ex confeſſione in jure g, & ex literarum obligatione h.

11. Minus plena eſt, quæ ſtricto quidem jure civili actionem parit, ſed quæ exceptione elidi & facile inutilis fieri poteſt: ut obligatio ex ne-

a l. 13. §. 1. ff. de Cond. indeb. b l. 2 §. § 1. ff. quando dies legat. l. 1. fin ff de novat. c l. 3. ff commod. d l 25. §. 11. ff. de pet her. e l 5 §. 15 ff. de donat. inter V & U. f l. 38. ff. de fideic. libert. §. 1. Inſt. de fideic. her. g l. 56. ff de re jud. h t. t. Inſt. de lit. oblig.

negotio metu, errore, dolove geſto: aut ex alio nata, cui tamen obſtat exceptio veluti pacti de non petendo [a].

a §. 1. & ſeqq. Inſt. de except. l. 3 §. 1. ff. de conſt. pec.

12. Mixta obligatio, eſt vinculum juris naturalis & civilis actionem & omnes alios effectus producens; de qua Juſtinianus h. t. loquitur cum ait: *Obligatio eſt juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicujus rei ſolvendæ, ſecundum noſtræ civitatis jura* [b].

b pr. Inſt. h.

13. In definiendis & dividendis obligationibus autem ἀκρίβειαν noſtram non ſemper obſervarunt veteres, qui mixtam plerumque appellarunt civilem. Mere civilem autem aliquando plane in diviſione prætermiſerunt [c].

c l. 8. § 3. ff. de fidejuſſ. l. 18 ff. ad SC. Maced.

14. Mixta autem illa civilis obligatio à cauſis remotis dividitur in civilem & Prætoriam [d].

d §. 1. Inſt. h.

15. Civilis eſt, quæ aut legibus conſtituta, aut certo jure civili comprobata eſt [e].

e d §. 1. h.

16. Prætoria, (quæ & honoraria dicitur) quam Prætor ex ſua juriſdictione conſtituit [f].

f d. §. 1. h.

17. Mixta etiam illa obligatio à quatuor cauſis proximis hoc loco dividitur,

viditur, quod ſit vel 1. ex contractu: vel 2. quaſi ex contractu : vel 3. ex delicto : vel 4. quaſi ex delicto: quæ 4. obligationum cauſæ in Inſtitutionibus tantum exponuntur : licet in aliis juris libris & aliæ variæ cauſarum figuræ occurrant, quæ obligationem civilem mixtam pariant a, veluti pactum legitimum &c.b. Ergo per varias cauſarum figuras illas intelliguntur omnes aliæ obligationum cauſæ præter contractum & delictum.

a *l.* 1. *pr. ff. de Ob. & Act.*
b *l.* 6. *ff. de pact.*

De Pactis & Contractibus.

1. Pactum ſive conventio eſt duorum pluriumve in idem placitum conſenſus c.

2. Eſtque vel pactum nudum vel contractus d.

3. Pactum nudum, eſt conventio in nudis placiti finibus conſiſtens: unde jure Romano non naſcitur actio e. Niſi 1. lege aliqua ſpeciatim confirmetur, quo caſu inde datur condictio ex lege f. Niſi 2 pactum nudum alteri negotio bonæ fidei in continenti adjiciatur, quo caſu pactum adjectum format actionem ex con-

c *l.* 1. §. 2. *ff de pact.*
d *l.* 7. *pr & §.* 1 *& ſeqq ff. de pact.*
e *l.* 7 §. 4 *ff de pact.*
f *l.* 16. *ſf de pact. l* 1. *ff. de Cond. ex L.*

contractu cui adjectum eſt competentem. *Nam pacta in continenti bonæ fidei judiciis adjecta illis inſunt* a.

a *d. l.* 7. §. 5. *ff. de pact.*

4. Contractus eſt conventio, habens certum nomen vel cauſam, ſui natura obligationem ad agendum efficacem producens b.

b *d. l.* 7. §. 1.

5. Eſtque nominatus vel nec nominatus.

5. Nominatus eſt qui habet certum nomen, quod ſignum eſt certæ formæ & actionis c.

c *d. l.* 7.

7. Nec Nominatus, eſt qui non habet certum nomen, adeoque nec formam aut actionem certam, ſed tamen propter *cauſam* h. e. propter *dationem* aut *factum*, efficacem obligationem parit, ex qua generalis actio præſcriptis verbis naſcitur d, quæ una ex omnibus contractibus nec nominatis datur e.

d *d. l.* 7. §. 2.

8. Plerique autem contractus nec nominati ad hæc 4. genera revocantur: 1. do ut des: 2. do ut facias: 3. facio ut des: 4. facio ut facias f.

e *l.* 1. & 5. *ff. de præſ. verb.*

9. Differentia autem inter nominatos contractus non tantum eſt in nomine, forma & actione: ſed etiam maxime, in effectu, ſeu obligatione. Nam

f *d. l.* 5. *ff. de præſ. Verb.*

Nam perfecto contractu nominato, ſtatim utrinque naſcitur obligatio, nec ulli contrahentium licet à placitis recedere [a]. At in contractu nec nominato, locus eſt pœnitentiæ: & alter qui quid dedit datum repetere poteſt ab altero qui nondum dedit, fecitve ſecundum promiſſa; contra quem proinde vel actione præſcriptis verbis ad præſtandum intereſſe, vel condictione ob cauſam datorum, cauſa non ſecuta agere poteſt [b].

10. Contractus nominati hoc loco à cauſa formali ſubdividuntur in 4. ſpecies. Alii enim, 1. re, alii 2. verbis, alii 3. literis, alii 4. conſenſu ineuntur [c].

11. In omnibus quidem contractibus conſenſus requiritur ut cauſa efficiens (ſunt enim conventiones) ſed tamen ad primi generis formam præter conſenſum requiritur rei traditio, ad ſecundi verba, ad tertii literæ. In ſolo quarto genere præter conſenſum nihil requiritur, ut ex ſequentibus patebit.

a *l. 5. C. de O. & A.*

b *l. 5. §. 1 & ſeqq. ff. de praeſ. Verb. t. t. ff. de cond. cauſ. dat.*

c *§ ult. h. t. l. 1. §. 1. ff. de O. & A.*

Tit. XV.

Quibus modis re contrahitur obligatio.

1. Contractus nominati qui re ineuntur ſunt quatuor: 1. mutuum, 2. commodatum, 3. depoſitum, 4. pignus.

2. Mutuum dictum eſt quod ex meo tuum fiat [a].

3. Eſtque contractus quo res fungibilis, i. e. quæ pondere, numero & menſura conſtat, ita datur, ut non eadem, ſed alia ejuſdem naturæ & qualitatis reddatur [b].

4. Ex hoc contractu naſcitur condictio certi, creditori adverſus debitorem, ad reſtituendum tantundem, quantum quamque bonum accepit, licet res mutua accepta perierit. *Perit enim ſuo domino* [c].

5. Dicitur autem hæc condictio certi, quia ea petitur certum, hoc eſt de quo conſtat, quid, quale quantumque ſit quod petitur [d]: qualis certi condictio etiam ex plurimis aliis cauſis datur, ex quibus certum debetur [e].

a *pr. Inſt. h. t.*
b *d. pr. l. 2. ff. de reb. cred.*
c *l. 11. C. ſi cert. pet.*
d *l. 6. ff. h. l. 74. l. 75. ff. de V. O.*
e *l. 9. pr. & §. 1 ff. de reb. cred.*

De

De Commodato.

1 Commodatum eſt contractus, quo res alicui ad certum uſum gratis conceditur, ea lege, ut finitò illò uſu, eadem ſpecies non deterior reſtituatur [a].

2. Differt autem commodatum à locatione & contractu nec nominato, quod illud gratis [b] fit, hæc non [c]: item à precario: quod illud ad certum uſum fit [d]: nec ante poteſt repeti; hoc contra [e].

3. Ex hoc contractu naſcitur actio directa & contraria.

4. Directa datur commodanti, adverſus commodatarium, ad rem finito uſu eodem ſtatu reſtituendam, præſtandumque dolum & omnem culpam [f],

5. Contraria commodati actio datur commodatario, adverſus commodantem, ſive quod intempeſtive revocaverit commodatum [g], ſive quod ſciens rem vitioſam commodaverit [h], ſive quod ſumptum neceſſarium fecerit commodatarius [i]: ad

a §. 2. *h. l.* 17. §. 3. & *l.* 3. § *fin. ff eod.*
b § 2. *in fin. h.*
c *l.* 5. *ff. de præſ. verb.*
d *l.* 17. §. 3. *ff. h.*
e *l.* 1. & 2. *ff. de precar.*
f *d* §. 2. *Inſt. h.* *l.* 5 §. 2. *ff. Commod.*
g *l.* 17. § 3. *ff. h.*
h *l. pen. ff. eod.*
i *l.* 18. § 2. *ff. eod.*

reſarciendum damnum inde natum: nonnunquam ad pretium rei reddendum a.

a *d. l. 17. in fin. ff. h.*

De præſtatione doli, culpæ & caſus.

1. Præſtare dolum, culpam & caſum nihil aliud eſt, quam damnum ex dolo, culpa, caſu natum reſarcire.

2. Dolus malus eſt calliditas, fallacia, machinatio, ad circumveniendum, fallendum decipiendum alterum adhibita b.

3. Dolus autem ſemper præſtatur; adeo, ut ne pacto quidem effici poſſit, ne dolus futurus præſtetur c.

4. Caſus fortuitus, eſt vis major & inopina, quæ humana induſtria præcaveri non poteſt d.

5. Caſus autem nunquam præſtatur, niſi aliud pactum conventum ſit: vel niſi culpa caſui cauſam dederit e.

6. Culpa eſt factum inconſultum quo nocetur alteri: ſive, eſt negligentia quædam deſtinata animi malitia carens, alii nocens f.

7. Eſtque lata, levis vel leviſſima.

b *l. 1. §. 2. ff. de dolo malo.*

c *l. 23. ff. de R. I.*

d *d. l. 23 l. 2. §. 7. ff. de adm. rer. ad civ.*

e *d. l. 23 l. 5. § 4. & 7. ff. comm.*

f *l 226. d. V. S.*

1. La·

8. Lata culpa, eſt ſupina negligentia eorum, quæ homines communes negligere non ſolent a,

9. Atque hæc dolo plerumque æquiparatur b.

10. Levis culpa, eſt negligentia eorum, quæ homines diligentes in rebus ſuis negligere non ſolent c.

11. Leviſſima, eſt negligentia eorum, quæ homines diligentiſſimi negligere non ſolent d.

12. De præſtatione autem trium iſtarum ſpecierum, tres hæ obſervandæ ſunt regulæ.

13. Prima regula: *In contractibus, ex quibus utilitas ad ſolum dantem redit, accipiens præſtat tantum culpam latam* e.

14. Secunda regula: *In contractibus, quorum utilitas ad utrumque contrahentium redit, levis tantum præſtatur culpa* f.

15. Tertia regula: *In contractibus, quorum utilitas ad ſolum accipientem redit, is quoque præſtat culpam leviſſimam* g.

16. Sed hæ regulæ patiuntur exceptionem, 1. cum aliud de certo con-

H 5 tractu

a *d. l.* 213 *fin. l.* 223. *d. V. S l.* 9. § 2. *ff. de jur. & fact. ign.* b *l* 226. *ff de V. S. l.* 1. § 2. *ff. ſi is qui teſt. lib.* c *arg. l.* 1 § 4. *ff. de O. & A. l.* 25. § 16. *ff. fam. erc. l.* 72. *ff. pro ſoc.* d § 2. *h. l.* 18. *pr ff. Commod.* e *l.* 5. § 2. *ff. eod. l.* 23. *ff. de R. I.* f *l.* 5. § 2. *ff. h.* g *l* 5. § 2. *ff. h.*

tractu ſpeciatim jure cautum eſt: veluti in mandato & negotiorum geſtione, de quibus infra. 2. cum aliud pactum conventum eſt [a].

De Depoſito.

1. Depoſitum eſt contractus, quo res alicui gratis cuſtodienda committitur, ut eadem deponenti, quandocunque illi lubuerit, reſtituatur [b].

2. Eſtque vel depoſitum in ſpecie dictum, vel ſequeſtratio [c].

3. Depoſitum in ſpecie dictum, eſt rei mobilis non litigioſæ facta depoſitio [d].

4. Eaque fit vel ſine evidenti neceſſitate ex mera voluntate contrahentium: vel urgente neceſſitate incendii, ruinæ, naufragii, tumultus: cujus nomine Prætor actionem in duplum dat [e].

5. Sequeſtratio, eſt depoſitum rei litigioſæ apud ſequeſtrum à pluribus in ſolidum factum, ea lege ut lite pendente cuſtodiatur, finita vero victori reſtituatur [f].

6. Eſtque alia voluntaria ſive con-

a d. l. 23. de R. I.
b §. 3. h. junct. l. 1. ff. eod.
c l. 5. §. 1. l. 7 pr. l. 17. l. pen. ff. h.
d arg. l. 5. §. 4. ff. de P. V. l. 1. §. 2. ff. de proc.
e l. 1. §. 1. ff. h.
f l. 5. §. 1. & 2. l. 6. l. 17. l. pen. ff. h.

conventa à partibus, quæ ſemper juſta eſt, alia neceſſaria, ſive imperata à Magiſtratu, quæ non niſi certis caſibus permiſſa licitaque eſt, tum quia ſpecies executionis eſt, à qua lis minime debet incipi; tum quia poſſidentem ante tempus ſua poſſeſſione defraudat [a].

7. Ex depoſito in ſpecie dicto naſcitur actio depoſiti, directa & contraria.

8. Actio depoſiti directa datur deponenti adverſus depoſitarium, ad reſtituendam rem depoſitam, cum omni cauſa, quandocunque deponenti placuerit: & ad reſarciendum damnum dolo vel lata culpa in ea datum [b].

9. Actio depoſiti contraria datur depoſitario, adverſus deponentem, ad damnum occaſione depoſiti dolo vel quavis deponentis culpa, depoſitario obveniens reſarciendum [c]: nec non ad reſtituendum impenſas neceſſarias [d].

10. Ex ſequeſtro autem naſcitur actio ſequeſtraria directa & contraria [e]. Directa datur parti victrici adverſus ſequeſtrũ, ad rem depoſitam ſimi-

a *l. un. C. de prohib. ſeq. pec.*

b §. 3. *Inſt. h. l.* 1. §. 1. 15. 24. *ff. h. t.*

c *l.* 61. § 5. *ff. de furt.*

d *l.* 5. *pr. l.* 8. *l.* 12. *l.* 23 *ff. depoſ.*

e *l.* 5. §. 1. *ff. h. l.* 6. *l.* 12 §. 2. *eod.*

finita lite reſtituendam, & præſtandum dolum, & ſi quid præterea nominatim convenit a.

11. Actio ſequeſtraria contraria eſt, quæ datur ipſi ſequeſtro, adverſus victorem, ad repetendum ſumptus & damna, ſiquid eorum ſequeſtrationis cauſa fecit paſſuſve eſt b.

a l. 5. § 1. ff. h l. 6 l. 12. §. 2. eod.

b d. § 3. Inſt. l. 5. §. 1. & l. 12. §. 2. ff. h.

De Pignore.

1. Pignus quandoque ſignificat rem pignori datam c: quandoque *jus in re* d: quandoque pactum pignoris e, quandoque, & hoc quidem loco, *contractum*, quo res creditori traditur, in ſecuritatem crediti, ſoluto debito eadem ſpecie reſtituenda f.

2. Ex hoc contractu naſcitur actio pignoratitia directa & contraria.

3. Directa datur debitori, contra creditorem, ſoluto debito, ad reſtituendum pignus cum omni cauſa & acceſſionibus, nec non ad reſtituendum damnum dolo levique culpa in eo datum g.

4. Actio

c t. t. ff. de diſtr. pign.

d vid. ſup. tit. de rer. diviſ.

e l. 17. § 2 ff. de pactis.

f §. ult. Inſt. h. l. 1. ff. de pign. act. l. 4. l. 9. eod.

g d §. ult. Inſt. h l. 1. l 9. ff. de pign. act. l. 22. §. 2. l. 25. eod. l. 7. C. eod.

4. Actio pignoratitia contraria datur creditori, adverſus debitorem, ad repetendum impenſas, aliaque quæ creditori propter pignus abſunt a.

Tit. XVI.

De verborum Obligationibus.

Obligationes quæ re contrahuntur ſequitur obligatio verborum.

1. Contrahebatur autem olim verborum obligatio non tantum ſtipulatione, ſed etiam 1. dotis dictione, & 2. jurejurando liberti b. At in jure Juſtiniani per verborum obligationem ea tantum intelligitur quæ ex ſtipulatione oritur.

2. Stipulatio autem dicitur à ſtipulo, i. e. *firmo*: quia firmandis aliis obligationibus introducta eſt à Romanis c. Nam non tantum nuda pacta firmat, ut inde detur actio: d. & in contractibus innominatis pœnitentiæ locum adimit, e. ſed etiam majoris certitudinis cauſa, aliis contractibus juris Gentium adjicitur f. Unde etiam quæ pleriſque contractibus

a *l. 3. ff. de pign. act. l. 8. l. 9. l. 36. eod.*

b *Gajus lib. 3. Inſt. tit 2. §. 3.*

c *pr. Inſt. h.*

d *l 45. ff de pact.*

e *l 3. C. de rer. permu.*

f *l. 3. §. 1. ff. de act. empt. l 99 d. V. O. l. 6. §. 1. ff. de Re jud.*

ctibus communia ſunt ad titulum de verborum obligationibus referuntur.

3. Eſt autem ſtipulatio contractus juris civilis, qui præcedente interrogatione & ſubſecuta ſtatim reſponſione congrua perficitur [a].

4. Ad formam ergo hujus contractus pertinent verba, ore prolata, inter præſentes: qua lingua proferantur nihil refert, dummodo ea contrahentes intelligant [b]. Nec poſt conſtitutionem Leonianam [c], opus eſt verbis certis & ſolennibus, ut olim [d].

5. Dividitur ſtipulatio 1. in certam & incertam. Certa eſt qua certum promittitur, ex qua naſcitur condictio certi, de qua ſupra. Incerta eſt, qua incertum promittitur, veluti intereſſe, factum, genus: ex qua naſcitur actio ex ſtipulatu [e].

6. Dividitur 2. ſtipulatio in puram & non puram: & hæc fit vel in diem vel ſub conditione [f]. Pura ſtipulatio eſt cui nec conditio, nec dies adjicitur, ex qua quod debetur, confeſtim peti poteſt [g]: licet incivile ſit debitorem continuo adire cum ſacco [h].

7. Sti-

a *pr. Inſt. h.*
b §. 1. *Inſt h.*
c *in l.* 10. *C. d cont. & com. ſtip.*
d §. 1. *Inſt. h.*
e *pr. Inſt. h t.*
f §. 2. *Inſt. h.*
g *d.* §. 2. *l.* 213. *d. V. S.*
h *l.* 105 *ff. de ſolut.*

7. Stipulatio in diem fit, cum adjicitur dies, quo pecunia ſolvatur. Hoc promiſſum ſtatim quidem debetur, ſed peti, priuſquam dies venerit, non poteſt, ac ne eo quidem ipſo die, in quem ſtipulatio facta eſt, peti poteſt: quia totus is dies arbitrio ſolventis tribui debet [a]; ſiquidem in gratiam debitoris dies adjici ſolet [b]. Unde debitori, ſi velit, ante diem ſolvere licet invito creditori [c]. In hac ergo ſtipulatione dies ſtatim cedit, ſed non venit [d].

8. Atque hæc quidem obligatio proprie dicitur ex die. Alia eſt obligatio proprie quæ confertur in diem vel ad diem: cui dies adjicitur ut intelligatur quamdiu ſolvendum ſit. Etſi enim nec obligatio, nec legatum, ſtricto jure ad tempus conſtitui poſſit, æquitas tamen vult, ut qui poſt tempus adjectum petit, exceptione pacti vel doli mali removeatur [e].

9. Illud præterea obſervandum, quod loco certo obligationi adjecto tacite dies adjectus, tantumque temporis debitori conceſſum intelligatur, quo dicto loco commode ſol-

a *d.* §. 2. *l.* 44. §. 1. *ff. d. O. & A.*
b *l* 41. § 1. *ff. d. V. O.*
c *l* 50. *ff. de O. & A. l.* 70. *ff. de ſolut.*
d *d* §. 2. *vide l.* 213. *ff de V. S.*
e *l.* 44. *pr. &* § 1 *ff. d O & A* § 3. *Inſt. h. t.*

vere

vere poſſit. Hinc loco adjecto obligatio per ſe quidem pure, ſed per indirectum in diem contracta cenſetur [a].

10. Stipulatio cum conditione fit, cum in aliquem caſum differtur obligatio [b]. Quid autem & quotuplex ſit conditio, dictum eſt ad titulum de heredibus inſtituendis. Unde hoc loco obſervaſſe ſufficit differentias hac in re inter contractus & ultimas voluntates. Differunt autem 1. quod promiſſum ſub conditione ex contractu, tranſit ad heredem [c]: ex cauſa ultimæ voluntatis non [d]. Unde ex contractu conditionali ſtatim naſcitur obligatio, cujus tamen vis in ſuſpenſo eſt: ſed ex conditionali legato non naſci obligationem receptum fuit Romanis [e], ob præſumptam diverſam voluntatem teſtatoris & contrahentis. 2. Quod adjecta conditione non faciendi legatum ſtatim peti poteſt, præſtita cautione Mutiana [f]. Ex contractu ita promiſſum demum petitur tempore mortis creditoris [g]. 3. Impoſſibilis conditio non vitiat ultimas voluntates [h]: vitiat autem contractus [i].

11. Cæ-

a §. 5. *Inſt. h. t.*
b § 4. *Inſt. h.*
c *d.* § 4. *Inſt. h.*
d *l.* 4. *l.* 5. §. 2. *ff. Quando dies legat. ced.*
e *l. ult. ff Comm. præd. l.* 42 *ff. d. O. & A.*
f *l.* 7. *ff. de Cond. & demonſt.*
g § 4. *Inſt. h.*
h *vide ſupra tit. de hered. inſtit. ſ.* 24.
i §. 10. *Inſt. de inutil. ſtipul.*

11. Cæterum ex dictis conſtat, conditionem in tempus præſens vel præteritum collatam, nec obligationem differre, nec proprium conditionis nomen mereri [a].

12. Tertio dividitur ſtipulatio, quod alia in dando, alia in faciendo conſiſtit [b]. *Dare* autem hoc aliiſque locis ſignificat, dominium transferre: ſicque facto opponitur [c]. Verbum *faciendi* autem & non facere comprehendit [d]. Cum autem obligationem faciendi debitor non abciſe teneatur præſtare, ſed præſtando id quod intereſt liberari poſſit jure civili [e]: cumque illud intereſſe valde incertum & probatu difficile ſit, utile & fere neceſſarium eſt ſtipulationi faciendi pœnæ ſtipulationem ſubjicere [f].

a §. 6. *Inſt. h.*
b *l.* 2. *pr. ff. d. V. O.* §. *ult. Inſt. h.*
c *l* 75. *in fin. ff. eod.* §. 14. *Inſt. de act.*
d *l.* 121. *d. R. I.* § *ult. Inſt. h. t.*
e *l.* 13. *ff. de Re judicat.*
f §. *ult. Inſt. h. t.*

Tit. XVII.

De duobus reis ſtipulandi & promittendi.

1. Quarto ſtipulatio poteſt dividi in eã quæ contrahitur vel per unum reum, vel per plures. Poſſunt enim non minus ex cauſa ſtipulati

tionis, quam aliorum contractuum a, & teſtamenti, duo rei fieri b.

2. Rei autem dicuntur à *re*, id eſt *lite*, creditor agens & debitor fugiens excipienſve c,

3. Duo autem pluresſve rei ſtipulandi ſunt, qui eandem rem ab eodem in ſolidum ſtipulati ſunt, ea mente, ut ſolida quidem ſingulis, ſed tamen omnibus una tantum res debeatur d. Quapropter unus ex his reis debitorem liberare poteſt, non tantum debitum accipiendo, ſed etiam acceptilatione, novatione, jurisjurandi delatione e. Unde quoque ſequitur & reum debendi poſſe gratificari cui velit, ſi duo rei ſtipulandi ſimul exigant: & cui ſolidum ſolutum eſt, eum non poſſe à correo ſtipulandi conveniri, ut ſolutum communicet; niſi forte ſocii ſint, aut aliud pacti. Paciſcendo autem unus reus ſtipulandi alteri non nocet f.

4. Duo pluresſve rei prommittendi ſunt, qui ſinguli eandem rem ſtipulanti eidem promittunt, ea mente, ut ſolidam quidem ſinguli, ſed tamen omnes unam tantum debeant g;

nec

a *l.* 9. *pr ff. de duob. reis.*
b *l.* 8. §. 1. *ff. de leg.* 1.
c *l* 5. *ff d. V. O.*
d *pr. & §.* 1. *h. t.*
e *l* 2. *l* 16. *ff. h. t. l.* 31. §. 1. *de novat. l.* 27. *l.* 28 *de jurejur.*
f *l.* 27. *in pr. de pact.*
g *pr. & §.* 1. *h.*

nec intereſt an alter pure, alter ſub conditione promittat a. Poteſt ergo unus ex duobus reis promittendi in ſolidum conveniri quidem, ſed ex nova Juſtiniani conſtitutione b, habet 1 exceptionem diviſionis, niſi renunciaverit huic ipſe, aut alter abſens inopſve ſit, 2. quod extra hos caſus exceptos cauſa utriuſque rei ſimul ſit examinanda. Sed & quo caſu quis ſolidum ſolvit, partem ſóluti repetit á correo condictione ex lege c.

a § 2. *Inſt. h.*
b *Nov.* 99. *auth. Hoc ita C. h. t.*
c *l.* 2. *C. h.*

Tit. XVIII.

De ſtipulationibus ſervorum.

1. Quinto ſtipulatio alia contrahitur à liberis hominibus, alia à ſervis, qui ex perſona Domini recte ſtipulantur eique acquirunt d, niſi forte factum ſtipulentur e.

2. Ergo ſervus communis ſtipulando unicuique Dominorum, acquirit, Niſi 1. juſſu unius aut 2. nominatim alicui eorum ſtipulatus ſit, aut 3. res in ſtipulatum deducta alteri acquiri nequeat f.

d *pr. & §.* 1. *h.*
e §. 2. *h.*
f §. 3. *Inſt. h.*

3. Con-

3. Conſequitur porro ſervum hereditarium hereditati jacenti & per hanc heredi futuro acquirere, cum hereditas in pleriſque perſonæ defuncti vicem ſuſtineat a,

a pr. h.

Tit. XIX.

De diviſione ſtipulationum.

1. Sexto, ſtipulatio alia interponitur mera voluntate contrahentium, quæ inde conventionalis dicitur (cujus tot ſunt fere exempla quot contractus quibus ſtipulatio ſubjicitur) [b], alia ex juſſu alterius, eaque eſt Prætoria, judicialis vel communis [c].

2. Stipulatio Prætoria eſt, quæ ex mero Prætoris vel Ædilis officio proficiſcitur; veluti damni infecti, vel legatorum [d], vel fructuaria [e], vel judicatum ſolvi [f], ſimileſve cautiones.

3. Judicialis eſt, quæ à mero judicis (olim pedanei) officio proficiſcitur, veluti cautio de dolo, de perſequendo ſervo qui in fuga eſt, reſtituendove pretio [g] & ſimiles.

b §. 3. Inſt. h. c pr. h. t. l. 5. pr. ff d. V. O. d §. 2. h. t. e l. 1. ff Uſufr. quem. cav. f l. 1. §. 1. & l. 2. ff. de ſtip. Præt g §. 1. Inſt. h.

4. Com-

4. Communis eſt, quam interdum Prætor, interdum judex jubet interponi, veluti rem pupilli ſalvam fore & de rato cautio a. a §. 4. *Inſt. h.*

TIT. XX.

De inutilibus ſtipulationibus.

1. Septimo ſtipulatio alia eſt utilis, alia inutilis. Et hæc quidem inutilis eſt vel propter exceptionem obſtantem actionemque impedientem b: vel ipſo jure & ab initio. De qua hoc titulo agitur. b *l. 36. ff. de V. O. l. 2. §. 3. ff. de except. dol.*

2. Ipſo jure inutilis eſt ſtipulatio ratione vel 1. rei in ſtipulatum deductæ, vel 2. perſonarum, vel 3. modi aut formæ contrahendi.

3 Ratione rei inutilis eſt ſtipulatio. 1. Si res promiſſa in rerum natura nec ſit nec poſſit eſſe c. 2. Si ſit extra commercium omnium hominum vel ſaltem ſtipulatoris d. 3. Si ſit factum alienum e. 4. Si quis ſtipuletur rem ſuam ſibi dari f, cum quod ſtipulatoris eſt, ejus amplius fieri non poſſit g. Imo nec noſtram rem poſſumus ſtipulari in caſum quo c *§. 1. Inſt. h.* d *§. 2. h.* e *§. 3. h. t.* f *§. 2. h.* g *§. 14. Inſt. de act.*

aliena

aliena eſt: quia ab initio inutilis ſtipulatio non convaleſcit [a]: nec alienam in caſum quo noſtra futura eſt [b]: quia actus non recte confertur in tempus quo inutilis eſt [c], 5. Si turpem rem aut factum ſtipulemur [d].

4. Ratione perſonarum contrahentium inutilis eſt ſtipulatio, cum illi vel non poſſunt conſentire, vel cum non poſſunt ſe obligare etſi conſentiant, vel cum non poſſunt verba facere aut audire, vel cum non volunt ſibi acquirere.

5. Primi generis eſt 1. furioſus, qui nullum negotium recte gerit & abſentis loco eſt [e]. Huc ſpectant omnes qui ratione & mente capti ſunt. 2. infans qui ſeptennio minor eſt [f].

6. Secundi generis eſt 1. prodigus ſive cui à Prætore bonis interdictum eſt, qui quidem conſentire & ſtipulando acquirere poteſt, ſed promittere aut ſe obligare nequit [g]. 2. pupillus infantiæ & pubertati proximus (ab anno 7. ad annum 14) qui quamvis intellectum habeat & acquirere conditionemque ſuam me-

a §. 2. Inſt. h. junct. l. 29. ff. d. R. I.
b §. 21. Inſt. h.
c l. 4. C. de donat. ante nupt.
d §. 23. Inſt. h. t.
e §. 8. Inſt. h. l. 5. l. 124. ff. d. R. I.
f §. 9. Inſt. h.
g l. 40. de R. I.

meliorem facere poſſit, ſine tutore auctore tamen non obligatur jure civili a: jure naturæ obligatur quidem ex conſenſu pupillus b, ſed tamen jus civile effectum naturali illi obligationi non tribuit ad damnum pupilli, ſed tantum fidejuſſorum & ſimilium c, Pupillus autem ex contractu locupletior factus non tantum naturaliter obligatur, ſed & ex Conſtitutione divi Pii conveniri poteſt d. 3. Impubes qui in poteſtate parentis eſt. Hic ne auctore quidem patre obligatur e. 4. Minor curatorem habens, qui de rebus curæ ſubjectis nihil recte promittit ſine curatoris conſenſu f, ſine quo tamen nuptias contrahere & naturaliter obligari poteſt g. 5. Omnes illi, inter quos, propter patriam aut dominicam poteſtatem, civilis obligatio contrahi nequit. Sic inter patrem & filium in poteſtate conſtitutum, inter duos fratres in ejuſdem patris poteſtate exiſtentes, inter Dominum & ſervum civilis obligatio eſſe nequit h. Alteri autem filiusfamilias pu-

a § 9. *h. t.* b *l.* 25. § 1. *ff. quand. dies legat.* *l.* 95. § 2. *ff. de ſolut.* c *l.* 127. *ff. d. V. O.* d *l.* 13. & 14. *ff. de Cond. indeb.* *l.* 3. *ff. Commodat.* e §. 9. *in fin. h. l. ult.* §. 2. *ff. d. V. O.* f *l.* 3. *C. de reſtit. in integr.* g *l.* 8. *C de Nupt.* §. 4 & 6. *Inſt h.*

l. 101. *de V. O.* h *l.* 38. *ff. de Cond. indeb*

pubes ex omnibus cauſis obligatur
a *d* §. ut paterfamilias [a].
6. *h.* 7. Tertii ordinis ſunt qui non ſibi,
l. 39. ſed alteri ſtipulantur. Hi nihil agunt.
ff de Nec enim ſibi acquirunt iſta ſtipula-
O. & A. tione, quia hoc non egerunt: nec
b §. 4. alteri, quia id jure Romano repugnat
& 19. naturæ omnium obligationum [b].
h. t. 8. Hæc regula patitur exceptio-
l. 38, nem, 1. ſi quis ſtipuletur ei quem in
§. 17. poteſtate habet [c]. 2. ſi interſit ſti-
d. V.O. pulatoris alteri ſolvi [d], 3. ſi ſtipula-
c *d.* tioni alteri factæ ſubjecta ſit ſtipula-
§. 4. tio pœnæ ſtipulatori ſolvendæ cum
d §. 19. promiſſum alteri non ſolvitur [e], 4. ſi
h. adminiſtratores, tutores, curatores,
e §. 18. ſervi publici ſtipulentur [f]. Quan-
Inſt. h. quam autem alteri obligatio acquiri
f *l.* 5 §. non poſſit, ſolutio tamen in extra-
pen. ff. d. pec. conſt. l. 2. 3. *ff. rem pup. ſalv.* neam perſonam recte confertur, ſic-
que valet illa ſtipulatio: *mihi aut Sejo dare ſpondes* [g].
g *d.* § 4. *Inſt. h.* 9. Ratione modi & formæ inuti-
lis eſt ſtipulatio 1. ſi non ſit facta
h §. 11. *h.* verbis inter præſentes uno eodem-
que tempore [h], 2. ſi reſponſio diver-
ſa ſit ab interrogatione, ſive in qua-
i §. 5. litate, ſive in quantitate [i]: quo po-
Inſt. h. ſteriori caſu, tamen valet uſque ad

con-

concurrentem ſummam [a]. 3. ſi quis promiſerit de quo interrogatus non eſt. Singulas enim res ſtipulari & ad ſingulas reſpondere debemus [b]. Neque tamen ſingulas in reſponſione repetere neceſſe eſt, ſed ſufficit reſponſio generalis veluti *promitto* [c]. 4. Cum ſtipulator & promiſſor de eadem re loquuntur quidem ſed diſſentiunt [d]. 5. Cum conditio impoſſibilis adjicitur [e]. Non autem hodie inutilis eſt ſtipulatio ſi quis vel præpoſtere [f], vel poſt mortem [g], vel imperſonaliter promittat: ut *dabis? dabitur* [h].

10. Illud porro ad modum ſtipulandi obſervandum, quod probationis cauſa plerumque ſcribi ſoleat; quodque eam ſcripturam duplex præſumptio, ſuſtineat: 1. veritatis [i], 2. ſolennitatis [k]. Si ergo ſcriptum ſit ſtipulationem factam eſſe, non tantum factam, ſed etiam recte riteque factam eſſe præſumitur, donec contrarium probetur [l].

a *l.* 1. §. 4 *ff. d. V. O.*
b §. 17. *Inſt. h.*
c *d.* §. 17 & §. 5. *h.*
d § 22. *h. t.*
e §. 10. *Inſt. h. t. vid ſupra tit. d. V. O.*
f § 13. *h. t.*
g §. 12. *h t.*
h *l.* 1. § 2. *d. V. O. Vide auth. ſi quando C. de Conſt. pec.*
i §. 11. *Inſt. h.*

k §. 16. *Inſt. h.* l *l.* 7. §. 12. *ff. de pact.*

Tit. XXI.

De Fidejuſſoribus.

1. Denique octavo alia ſtipulatio eſt principalis, alia acceſſoria: ut fidejuſſorum. Unde videndum 1. quis ſit fidejuſſor, & quomodo differat ab aliis qui præter principalem debitorem obligantur? 2. cui obligationi poſſit accedere? 3. qua actione teneatur & agat? 4. quibus beneficiis gaudeat.

2. Fidejuſſor (qui & appromiſſor vocatur a) eſt, qui pro alio ex quavis cauſa obligato, citra novationem ſtipulatione ſe obligat, ut creditori magis cautum ſit b.

3. Dicitur *citra novationem.* Differt ergo 1. fidejuſſor ab expromiſſore, qui novatione facta, & liberato reo, alienam obligationem totam in ſe ſuſcipit c. Dicitur *ſtipulatione.* ergo fidejuſſor 2. differt à conſtitutæ pecuniæ reo, qui nudo pacto ſoluturum ſe promittit, quod ipſe vel alius debebat d. Ergo etiam 3. differt ab eo cujus mandato (qui contractus ſolo conſenſu non verbis ini-

a l. 64. §. 4. ff. ſolut. mat. l. 5. §. ſatis d. V O.
b pr. & §. 1. Inſt. h.
c l. 4. ff. de Cond. cauſ. dat. l. ult. ff. ad SC. Mac.
d §. 9. Inſt. de act.

initur) pecunia certæ perſonæ creditur a.

4. Omni autem obligationi poteſt accedere fidejuſſor: ſive civilis ſit, ſive naturalis b, ſive principalis, ſive acceſſoria c: ſive ex contractu, ſive ex delicto orta ſit: dummodo ad pœnam pecuniariam agatur. Ubi corporis pœna petitur, fidejuſſor non admittitur, niſi forte caveat judicio ſiſti d.

5. Minime autem obligatur fidejuſſor pro obligatione mere civili inefficaci e, nec pro obligatione mariti de dote reſtituenda f; nec in majorem ſummam quam debet reus g.

6. De actionibus quæ competunt fidejuſſori & contra fidejuſſorem notandum 1. quod creditor, uti quivis alius ſtipulator, contra fidejuſſorem agat condictione certi, vel actione ex ſtipulatu h. 2. quod ad repetendum quod fidejuſſor ſolvit pro debitore, contra eundem habet vel actionem mandati, vel actionem negotiorum geſtorum. Illam, ſi debitor expreſſe vel tacite fidejuſſionem mandavit i: hanc, ſi pro abſente

a §. 6. *Inſt. mand.*
b §. 1. *Inſt. h.*
c *l.* 8. §. *ult. ff. h.*
d *l.* 2. *l.* 3. *ff. de Cuſtod. reor.*
e *l.* 112. *ff. de R. I. l.* 37. *ff. de fidejuſſ.*
f *t. t. C. Ne fidejuſſ. dotium dentur*
g *l.* 8. §. 7. *ff. h.* §. 5. *Inſt. h.*
h *pr. Inſt. d. V. O.*
i §. 6. *Inſt. h.*

ſente

a l.6. ſente & ignorante fidejuſſit [a].
§. 2. 3. quod qui pro invito aut contra-
l. 20. dicente fidejuſſit, nullam actionem
§. 1 ff. contra debitorem habet, ſecundum
man- deciſionem Juſtiniani [b]. 4. quod
dat. unus ex pluribus fidejuſſoribus to-
b in tum debitum ſolvens nullam actio-
l. ult. nem habet contra alios fidejuſſores
C. de ad repetendam partem ſoluti, quia
negot. ſolvens ſuum non aliorum nego-
geſt. tium geſſit: ſi tamen creditor ei ceſ-
ſerit actionem, quam ipſe contra
alios fidejuſſores habet, ea uti po-
c l.36. teſt [c].

l. 39. 7. Beneficia autem fidejuſſori-
ff. h. bus hodie competunt tria. 1. Ordi-
nis. 2. Diviſionis. 3. Cedendarum
actionum.

8. Ordinis beneficium (quod
etiam Excuſſionis vulgo vocant) eſt
jus quo creditor tenetur debitorem
principalem convenire antequam
d auth. adverſus fidejuſſorem experiatur [d].

præ- 9. Beneficium diviſionis, ſive
ſente epiſtolæ Divi Hadriani, eſt jus, quo
C h. creditor pluribus fidejuſſoribus, qui
Nov 4. ſolvendo ſunt, exiſtentibus, unum
c. 1. non niſi pro rata convenire poteſt [e].

e §. 4. 10. Beneficium cedendarum a-
Inſt h. ctionum

ctionum eſt jus, quo creditor unum fidejuſſorem in ſolidum conveniens, ei actionem ſuam contra cæteros fidejuſſores cedere tenetur, antequam fidejuſſor conventus ſolvere teneatur [a]. a *l* 17. 36.39. *ff. h.*

11. Cæterum non dubium eſt, quin illis beneficiis uti non poſſit fidejuſſor, qui illis manifeſto renunciavit. Nec ratio juris patitur ut gaudeat fidejuſſor vel ordinis beneficio, cum debitorem abeſſe aut non ſolvendo eſſe conſtat [b], vel diviſionis, cum cæteros fideiuſſores fruſtra conveniri manifeſtum eſt [c]. b *arg. d Nov.* 4 &

d. auth. præſente. c §.4. *Inſt. h.*

Tit. XXII.

De literarum obligationibus.

Sequitur tertia ſpecies contractuum à Juſtiniano enumeratorum, ſcilicet qui literis initur.

1. Literarum obligationem aliam veterem & antiquatam, aliam novam proponit Imperator. Vetus eſt quæ nominibus fieri dicebatur, quod creditor & debitor quiſque in ſuo libro accepti & expenſi nomen ſeu

debitum ſcriberet, ſcriptumque prolatis utriuſque tabulis probaret; quod nunc fit ſolo debitoris chirographo a.

a pr. Inſt. h.

2. Nova literarum obligatio eſt, cum quis ſpe futuræ numerationis chirographo ſe pecuniam debere confeſſus eſt, quæ numerata non fuit, ſed tamen tanquam præſumptum mutuum ſolvenda eſt: niſi debitor intra biennium vel chirographum condixerit b, vel de eo ſaltem proteſtatus ſit apud Iudicem ſuum c, vel agenti creditori exceptionem non numeratę pecuniæ oppoſuerit d.

b l. 7. C. h. l. ult. C. d. cond. ex L.
c l. 8. & 9. l. 14. §. ult. C d. non. num. pec.
d text. in tot. h. t.

3. Hujus autem exceptionis ſingularis obſervanda eſt vis; quam habet tum intra biennium, tum poſt illud propoſita. Intra biennium propoſita facit, ut creditor debitorem ſuo chirographo non poſſit convincere, ſed numerationem aliis documentis probare teneatur e. Poſt biennium autem propoſita adeo nullam habet vim jure civili, ut non attendatur, etſi debitor probare velit pecuniam numeratam non eſſe f, atque ideo Juſtiniano dicitur obli-

e l. 3. l. 10. C. h.
f l. 14. C. h.

obligatio naſci ex literis;ſed revera vis eſt non in literis, ſed in confeſſione, quæ parit præſumptionem mutui, nec creditor pecuniam repetit, quia ſcripta, ſed quia numerata per ſcripturam intelligitur a, nec aliam actionem quam quæ ex mutuo oritur, intentat: quare etiam veteres Jureconſulti, etſi exceptionem non numeratæ pecuniæ noverunt, à mutuo tamen non diſtinxerunt, nec ſeparatam contractuum ſpeciem eſſe agnoverunt b.

4. Cæterum quod de vi exceptionis non numeratæ pecuniæ jure Romano cautum eſt, locum tantum habet in mutuo, in quo frequentius egens debitor cautionem ante numerationem tradit c. Ceſſat ergo in depoſito aliiſque contractibus, excepta dote d, & pignore, ceu mutui acceſſione.

a *l. 3. & 5. C. h.*

b *Vid. l. 1. ff. de O. & A. l. 7. ff. de pactis.*

c *l. 14. in fin. l. ult. C. h.*

d *d. l. 14. & d. l. ult.*

TIT. XXIII.

De obligationibus ex conſenſu.

Sequitur quartum Juſtiniani genus contractuum, ſcilicet ex conſenſu:

1. Supra ad finem tit. XIV. di-

ctum eſt, contractus conſenſu dici initos, qui non rei traditionem ut primum genus, non verba ut ſecundum, non literas ut tertium, nec quicquam aliud præter conſenſum ad formam ſuam per ſe requirunt. Unde ſequitur quod etiam inter abſentes, per nuntium, aut epiſtolam [a], & inter præſentes nutu, & quovis modo, quo conſenſus declarari poteſt [b], recte ineantur. Tales autem hic referuntur quinque ſpecies, ut 1. emptio venditio. 2. locatio. conductio. 3. emphyteuſis, 4. ſocietas, 5. mandatum.

a tent. tit h. n.

b. l. 48. l 52. in fin. ff d. O. & A.

Tit. XXIV.

De Emptione & Venditione.

Prima ergo ſpecies contractuum, qui ſolo conſenſu ineuntur, eſt emptio venditio. Cujus videnda 1. definitio. 2. requiſita. 3. effectus, ſcilicet obligatio & actiones quas parit.

1. Emptio & venditio eſt contractus ſolo conſenſu initus, quo venditor obligatur ad rem tradendam, emptor vero ad pretium dandum

dum a. Dicitur *ſolo conſenſu*. Perfectus enim hic eſt contractus, ſimul atque de re & pretio conſenſum eſt inter emptorem & venditorem, licet nec pretium numeratum, nec arrha data, nec quicquam horum traditum ſcriptumve ſit b. Hoc tamen limitatur 1. niſi pactum conventum ſit, ut ſcriptura interveniat; quo caſu venditio non perficitur, niſi ſcriptura omnibus numeris abſoluta & ſubſcripta ſit c. 2. niſi conditio expreſſa vel tacite adjecta ſit, veluti cum pretii definitio in arbitrium tertii confertur d.

a *l. 30. §. 1. ff. de act. empt. pr. Inſt. h.*

b *pr. Inſt. h.*

c *pr. Inſt. h. l. 17. C. de fid. Inſt.*

d *§. 1. Inſt. h. l. ult. C. eod.*

2. Dicitur *quo venditor & emptor obligatur*. Ergo ſolo conſenſu perfecto contractu uterque contrahentium ita tenetur, ut invito altero nemo recedere poſſit: nec venditor, etſi duplum offerat e; nec emptor, etſi arrham amittere velit: cum contractus qui ante ſunt voluntatis, poſt fiant neceſſitatis f. Atque hinc conſtat quo modo emptio perfecta differat tum à nuda promiſſione ſive pacto de emendo (à quo impune receditur ſi arrha data non ſit: ſi data ſit, receditur cum diſpendio

e *l. 6. C. de reſc. vend.*

f *l. 5. C. d O. & A.*

arrharum) [a] tum ab emptione traditione & numeratione impleta & conſummata, quo implemento obligatio ex perfecto contractu nata iterum extinguitur, ut alter ab altero nihil petere poſſit.

3. Ad ſubſtantiam ergò emptionis & venditionis requiruntur tria, 1. conſenſus, 2. pretium, 3. merx.

4. Conſenſui cum nihil magis contrarium ſit, quam vis & error (vide lib. 1. tit. x. §. XVIII.) ſequitur neminem cogi poſſe ad emendum vendendumve niſi forte ob utilitatem publicam [b], & coactam erroneamque venditionem non valere, niſi circa qualitatem & non in ſubſtantia erratum ſit [c].

5. Pretium autem debet eſſe 1. certum ſive per definitionem contrahentium, ſive per demonſtrationem aut relationem [d], 2. verum, non imaginarium: unde venditio uno nummo fieri nequit [e]: 3. in numerata pecunia conſiſtens: alias permutatio non emptio eſſet [f]: 4. juſtum ſive tale, per quod nec venditor nec emptor lædatur ultra dimidium [g], quo caſu læſo ſubvenitur ex l. 2. C. de reſc. vendit.

6. De

a *pr. Inſt. h. l. 17. C. de fide inſt.*
b *l. 1. C. de reſc. vend. junct. §. ult Inſt de his qui ſunt ſui vel al.*
c *l. 9. §. 2. l 10. ff. de contr. empt.*
d *§. 1. h. l 7. §. 1. ff. de cont. empt.*
e *l. 38. l. 55. ff. eod.*
f *§. 2. Inſt. h.*
g *l. 8. C. de reſc. vend.*

6. De merce certa regula eſt Iureconſulti Pauli: *omnium rerum quas quis habere vel poſſidere vel perſequi poteſt venditio recte fit: quas vero naturæ vel gentium jus vel mores civitatis commercio exemerunt, earum nulla venditio eſt* [a]. Ergo & rei alienæ venditio valet [b]: non quidem ut ea emptoris fiat, ſed ut emptor re evicta agat ad id quod intereſt [c].

7. Effectus hujus contractus eſt obligatio, quæ parit actionem empti & venditi.

8. Actio empti datur emptori, cum de pretio ſatisfecit [d], adverſus venditorem ad tradendam rem, cum fructibus, acceſſionibus & omni cauſa, à tempore contractus perfecti [e]: nonnunquam ad præſtandam evictionem, vel faciendam redhibitionem [f]: nonnunquam ad præſtandum dolum & levem culpam [g]: denique ad omne quod venditorem præſtare æquum bonumque eſt. Eſt enim bonæ fidei actio [h].

9. Quanquam autem venditor ita actione empti ad tradendum tenetur, nec à contractu recedere poteſt, etſi duplum offerat, recte tamen

men

a *l.* 34. §. 1. *ff. de cont. empt.* §. *ult. Inſt. h.*
b *l.* 28. *ff. eod.*
c *t. t. ff. & C. de evict.*
d *l.* 13. §. 8. *ff. de act. empt.*
e *l.* 13. §. 10. 12. *& ſeqq. ff. l. pen. C de act. empt.*
f *l.* 11. §. 2. *&* 3. *ff. de act. empt.*
g *l.* 13. §. 1. *&* 16. *ff. eod.*
h § 28. *Inſt. de act.*

men ſecundum juris civilis rationem faciendi tradendive obligationem implet, ſi intereſſe (quod duplum excedere poteſt [a]) emptori præſtet [b].

10. Actio venditi datur venditori, qui rem obtulit [c], adverſus emptorem ad pretium dandum, nec non ad uſuras à tempore moræ; & ad ſumptus in rem factos cæteraque quæ ex bono & æquo venditori debentur [d].

11. Ex hiſce liquet perfecta emptione, licet res nondum tradita ſit, periculum & commodum rei venditæ pertinere ad emptorem nondum dominum [e], niſi 1. aliud pactum conventum ſit [f], vel 2. res venditoris culpa lata aut levi perierit [g], vel niſi 3. res ponderanda, numeranda aut metienda vendita, antequam appendatur, numeretur aut menſio fiat, pereat [h].

a l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod inter.
b l. 13. §. 1. ff. de re jud. adde l. 1. ff. de act. empt.
c l. 25. ff. de act. empt. l. 5. in fin. C. de evict.
d l. 13. §. 18. 19. & ſeqq. ff. de act. empt. l. 38. ff. eod.

e §. 3 *Inſt. h. t.* f *d.* §. 3. *l.* 13. *ff. d. R. I.* g *l.* 12. 14. & *ſeqq. ff. de peric. & com. rei.* h *l.* 1. §. 1. *ff. de peric. & com. rei vend.*

I I I.

Tit. XXV.

De locatione & conductione.

1. Secunda ſpecies eſt locatio conductio, quæ eſt contractus conſenſu initus de re fruenda vel facienda [a].

2. Hæc proxima eſt emptioni & venditioni, iiſdemque juris regulis continetur [b]. Nam 1. & hic contractus tria ad ſubſtantiam ſuam requirit: ſcil. conſenſum, rem & mercedem. 2. Uti de pretio diximus, ita merces quoque debet eſſe certa, vera, juſta & in numerata pecunia conſiſtens [c], alias foret contractus innominatus [d], vel ſocietas [e]. Uterque contractus eſt bonæ fidei, juris gentium, ſoloque conſenſu conſtans [f].

3. In eo autem potiſſimum differt emptio & locatio. 1, Illa pretium requirit, quo res ipſa æſtimatur: hæc, mercedem, qua uſus rei vel facti utilitas compenſatur. Unde etiam differt ab honorario, quod honoris, & canone emphyteutico, qui dominii agnoſcendi cauſa ſolvitur.

a *arg. pr. Inſt. h.*
b *pr. Inſt. h.*
c *l. 23. ff. comm. divid.*
d *l. 5. §. 1. ff. de præſ. verb.*
e *l. 52. ff. pro ſoc. l. 25. §. 6. ff. locat.*
f *t. t. Inſt. de oblig. ex conſenſ. l. 1. ff. locat.*

vitur, nullo reſpectu utilitatis uſusve. 2. Illa ſemper fit in perpetuum: hæc plerumque ad certum tempus. 3. Illa non admittit facta, hæc contra. 4. Illa eſt cauſa vel titulus ex quo dominium vel traditione vel uſucapione acquiritur [a], hæc eſt cauſa tantum utendi re vel opera.

4. Obligatio ex hoc contractu nata parit duplicem actionem, ſcilicet locati & conducti.

5. Actio locati datur locatori, adverſus conductorem, ad ſolvendam mercedem pro re vel opera [b], nec non ad rem ipſam finita locatione reſtituendam [c], præſtandumque dolum & levem culpam [d], aliaque ſecundum naturam bonæ fidei judicii [e].

6. Actio conducti, datur conductori adverſus locatorem, ut præſtet facultatem re conducta ad conventum tempus, vel opera promiſſa utendi, aut loco ejus id quod intereſt [f], utque reſarciat impenſas neceſſarias utileſque in rem factas [g], præſtetque dolum, culpam levem [h], & alia ſecundum naturam bonæ fidei judicii [i]. 7. Mon-

a t. t. ff pro empto re

b l. 24. §. 1. ff. locat. l. 17. C. eod.

c l. 32. C. h.

d l. 5. §. 2. ff. Commodat. l. 9. §. 3. l. 13. §. 1. ff. h.

e l. 58. ff. h. l. 17. C. eod. l. 7. §. 5. ff. de pact.

f l. 24. §. 4 ff. h. l. 32. C. eod.

g l. 55. §. 1. l. 61. ff. h.

h l. 19. §. 1. h. i l. 15. l. 54. §. 1. ff. h.

7. Nonnunquam tamen ceſſat hæc actio, nec conductor poteſt petere quod ſua intereſt, etſi ante tempus conventum ædibus expellatur, tribus caſibus, 1. ſi Dominus ipſe uſu ædium opus habeat; vel 2. eas corrigere velit, vel ſi 3. conductor, iis abutatur [a].

8. At ſi Dominus vendat tradatque ædes, tum emptor poteſt quidem expellere conductorem, conductor autem eo nomine à locatore petit id quod ſua intereſt [b].

a *l.* 3. *C. h. t.*

b *l.* 9. *C l* 25. §. 1. *ff. h.*

De Emphyteuſi.

1. Sub emptione & locatione olim latebat emphyteuſis, quæ per Zenonem Imp. poſt diſtincta ab illis contractibus proprium ſeparatumque locum tertium inter contractus qui conſenſu ineuntur nacta eſt [c].

2, Emphyteuſis ergo hoc loco eſt contractus conſenſu initus, quo Dominus prædium ſuum alicui utplurimum perpetuo utendum concedit, ea lege, ut emphyteuta id cul-

c §. 3. *Inſt. de locat.* *l.* 1. *C. de jur. emph.*

cultius reddat, & in agnitionem dominii canonem, i. e. exiguam penſionem annuam præſtet a.

a *d.* §. 3. *Inſt. de locat. l.* 2. & *C.* 3. *de jure emph.*

3. Obligatio ex hoc contractu nata parit actionem emphyteuticariam, quæ datur emphyteutæ adverſus Dominum ad emphyteuſin ſecundum pacta conventa præſtandam b.

b *d.* §. 3. *d. l.* 2. & 3.

4. Contra etiam actio emphyteuticaria poteſt competere Domino adverſus emphyteutam, ad præſtandũ canonem aliaque quæ vel ex pacto vel ex natura hujus bonæ fidei judicii ei debentur. Sed alia plerumque commodiore actione Dominus utitur. Si enim emphyteuta canonem non ſolvat intra biennium in emphyteuſi eccleſiaſtica, in ſeculari intra triennium, vel alienando aut corrumpendo culpam admittat, ipſe cadit jure ſuo reſque à Domino vindicari poteſt c.

c *l.* 2. & 3. *C. h. auth. qui rem C. d. Sacroſ. Eccleſ. Nov.* 7. *c.* 3. *Nov.* 120. *c.* 8.

5. Cæterum jus illud emphyteutæ multo plenius eſt quam conductoris: eſt enim dominio proximum, vocaturque vulgo utile dominium, ex quo ei naſcitur actio in rem, contra quemcunque poſſeſ-

ſorem,

ſorem, imo contra ipſum Dominum [a]. Emphyteuta autem fert damnum particulare, nec ob inſignem ſterilitatem habet remiſſionemCanonis [b]. Conductori contra remittitur de mercede [c]. Acquirit autem emphyteuta utile illud dominium non ſolum ex cauſa dicti contractus emphyteuticarii, accedente traditione, ſed etiam teſtamento, præſcriptione aliiſque modis receptis.

a *l.* 1. & 2. *ff. ſi ager. vectig.* b *l.* 1. *C. de jur. emph.* c *l.* 25. §. 6. *ff. locat.*

T i t. XXVI.

De Societate.

1. Societas eſt contractus de rebus quæſtus cauſa communicandis [d].

2. Eſtque univerſalis vel ſingularis. *Univerſalis vel eſt* 1. *omnium fortunarum* & totorum omnino bonorum, qua communicantur omnia bona præſentia & futura, ſive ex operis ſociorum, ſive fortunæ aliorumve beneficio obveniant [e]. Talis autem ſocietas non intelligitur contracta, niſi nominatim ita convenerit [f]: *vel* 2. *eſt certæ hereditatis*, quæ conventio non de teſta-

men-

d *l.* 31. *& ſeq. ff. h.* e *l.* 1. §. 1. *l.* 2. *l.* 73 *ff. h pr. Inſt. h.* f *d d. ll.*

mentaria, ſed de legitima hereditate
a *l.* 3. tantum intelligitur [a], *vel* 3. eſt *om-*
§. 2 *ff.* *nium bonorum* quæ ex quæſtu ve-
h. niunt, qua nec præſentia ſociorum
bona, nec quæ extra quæſtum quotidianum beneficio aliorum obveniunt, ut hereditas, donatio, legatum
b *l.* 7. communicantur [b]. Atque hæc in
& ſeqq dubio contracta intelligitur.
ff. h.

3. Singularis ſocietas eſt, vel certæ alicujus *partis*, vel *rei*. In illa partis, in hac rei lucrum commune
c *l.* 52. eſt [c].

§. 2. *ff.* 4. Alia etiam ſocietas *eſt temporalis*, alia *perpetua*: quæ durat do-
h.
d *l.* 1. nec ſocii vivunt [d]. In æternum nul-
ff. h. t. la ſocietatis coitio eſt [e], neque he-
e *l.* 70. res ſuccedit in ſocietate privata, etſi
ff. h.
f *l.* 59. defunctus id pactus ſit [f].
ff. h. t.

5. Eſt & alia ſocietas re, hoc eſt præſumpto ex factis conſenſu, alia
g *l.* 4. expreſſo conſenſu inita [g].
ff. h. t.

6. Nec dubium hodie eſt, quin alia pure, alia ſub conditione iniri
h *l.* poſſit [h].
pen. C.
h.

7. Ex hoc contractu naſcitur obligatio quæ producit actionem pro ſocio utrinque directam, qua ſocius adverſus ſocium agit, ad conferen-

da

da bona communia facta a, communicandamque partem lucri b, aliuſve pecuniæ, ex ſocietate debitæ c, & ad reſarciendam partem damni d, præſtandumque dolum & levem culpam e.

8. Lucrum autem non intelligitur niſi deducto damno: nec damnum niſi deducto lucro f.

9. Partes vero lucri & damni vel ſpeciali pacto ſunt definitæ, vel non. Priori caſu, pactum omne etiam inæqualitatem magnam inducens, ſervandum eſt: niſi ſit pactum leoninum, quo agitur ut unus ſocius tantum damnum, nihil autem lucri ferat g, Poſteriori caſu æquales ſunt partes ſecundum modum collationis h.

10. Solvitur autem ſocietas, 1. Renunciatione vel unius ſocii i. 2. Morte unius ex pluribus ſociis k. 3. Finito negotio, cujus cauſa inita eſt l. 4. Capitis diminutione maxima & media, adeoque & publicatione bonorum m. 5. Egeſtate magna & ceſſione bonorum n.

T I T.

a *l.* 1. *juncta l.* 15. *ff. h.* b §. 1. *& ſeqq. Inſt. h.* c *l.* 65. *ff. h.* d *l.* 52. §. 4. *&* §. 15. *ff. h. l.* 67. §. 2. *eod.* e *l.* 5. §. 2. *ff. Comm. l.* 72. *ff. h. l.* 52. §. 2. *&* 3. *eod.* f *l.* 30. *ff. h.* g §. 1. *& ſeq. h. l.* 29. §. 2. *ff. eod.* h §. 1. *h. d l.* 29. *ff. eod. juncta l.* 6. *&* 8. *h* i § 4. *Inſt. h.* k §. 5. *Inſt. h.* l §. 6. *h.* m §. 7. *h. l.* 63. §. *ult. ff eod.* n §. 8. *h. l.* 65. §. 1. *eod.*

TIT. XXVII.

De Mandato.

1. **M**andatum eſt contractus, quo negotium honeſtum alteri gratis gerendum committitur & ab eodem ſuſcipitur a.

2. Mandatum 1. eſt *generale* vel *ſpeciale*. Generale eſt quod ad omnia bona pertinet b, eſtque vel *ſimpliciter* generale vel *cum libera* (ſcilicet adminiſtrandi poteſtate inſtar Domini) quæ diſtinctio tamen magis Jure Canonico c, & hodierno, quam civili probatur d. Speciale mandatum eſt, cum ſpecialis res adminiſtranda committitur e.

3. Aliud 2. eſt mandatum *judiciale*, de quo agitur infra tit. de iis per quos agere poſſumus. aliud extrajudiciale, de quo hic potiſſimum agitur.

4. Aliud 3. eſt mandatum contractum gratia mandantis, aliud gratia mandantis & mandatarii, aliud extranei, aliud extranei & mandatarii, aliud extranei & mandantis & mandatarii. Solius autem mandatarii gratia mandatum non recte contra-

a § ult. Inſt. l. 1. §. fin. ff. eod.
b l. 58 & ſeq. ff. de proc.
c c. 4. de proc. in 6.
d vide l. 16. C. d. procur. l. 39 §. fin ff. eod.
e l. 1. § 1 ff. d procur.

trahitur: quia id conſilium eſt a. Conſilii autem non fraudulenti nulla eſt obligatio b.

5. Ex hoc contractu naſcitur obligatio quæ parit actionem mandati directam & contrariam.

6. Directa datur mandanti, adverſus mandatarium qui non præſtitit mandatum, aut fines ejus egreſſus eſt, ut ſiquidem mandatum recte eſt executus, præſtet id quod mandati nomine acquiſivit c: ſi vero vel plane non, vel non recte executus eſt, ut præſtet intereſſe & damnum, quod propter culpam ejus licet leviſſimam mandanti datum eſt d.

7. Contraria datur mandatario, ſeu procuratori, adverſus mandantem, ad reddendum omne quod ei mandati cauſa abeſt e.

8. Solvitur mandatum 1. conſenſu mutuo re integra f: 2. Revocatione mandantis re integra g: 3. Renunciatione mandatarii re integra h: 4. Morte mandantis i: 5. Morte mandatarii k.

TIT.

a §. 1. & *ſeqq. h. t.*
b *l* 47. *ff. de R. I.*
c *l* 10. §. 2. & 8. *l.* 8. §. 5 *ff. h.*
d *l.* 13. *l.* 21. *C. h.*
e §. 8. *Inſt. h. l.* 61. §. 5. *ff. de furt. l.* 26. §. 5. *l.* 3. *l.* 12. *ff. h.*
f § *ult. Inſt. quib. mod. toll. ob.*
g § 9. *I. h. l.* 12. § *pen. ff. eod.*
h § 11. *h. l.* 22. § *ult. ff eod.*
i *l.* 26 *pr. h l* 33. *ff. d. acq. vel am poſſ.*
k §. 10 *I. h. l.* 27. §. 3. *ff. eod.*

Tit. XXVIII.

De Obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur.

Huc uſque dictum de obligationibus quæ ex 4. generibus contractuum nominatorum oriuntur. Sequuntur quæ quaſi ex contractu naſcuntur.

1. Quaſi contractus dicitur negotium non turpe, ex quo jure civili etiam inter invitos & ignorantes obligatio naſcitur, veluti ex contractu [a].

2. Quaſi contractus autem hic referuntur quinque. 1. Negotiorum geſtio. 2. Adminiſtratio tutelæ. 3. Communio rerum abſque conſenſu inita. 4. Aditio hereditatis. 5. Solutio indebiti.

3. Negotiorum geſtio dicitur cum quis abſentis negotia ſine mandato gratis gerit [b]. Unde naſcitur actio negotiorum geſtorum directa & contraria.

4. Directa, datur Domino & ei cujus intereſt [c], adverſus geſtorem, ut reddat rationem geſti & præſtet quod

a *l. 5. §. 1. & ſeqq. ff. d O. & A.*

b § 1. *Inſt. h.*

c *l. 2. l. 47. ff. h.*

quod retinet quodque non ut oportuit geſſit [a], per dolum aut culpam etiam leviſſimam [b].

5. Contraria datur geſtori, adverſus Dominum, ad reſtituendum quicquid geſtori ratione geſtionis abeſt, aut abfuturum eſt [c]; modo utiliter impenſum ſit: licet eventus non reſponderit [d]. Ceſſat hæc actio cum quis invito Domino geſſit [e].

6. Ex adminiſtratione tutelæ naſcitur actio tutelæ directa & contraria.

7. Directa datur pupillo contra tutorem finita tutela, ut reddat rationes & reliqua, præſtetque dolum & levem culpam [f].

8. Contraria datur tutori finita tutela, adverſus pupillum, ad repetendum quod ei ratione tutelæ geſtæ abeſt, vel abſuturum eſt [g].

9. Utraque utiliter datur ob curam: illa, minori contra curatorem: hæc, curatori contra minorem [h].

10 Communio rerum abſque conſenſu inita, eſt *vel univerſalis* inter heredes, ex qua naſcitur actio familiæ erciſcundæ, *vel ſingularis* inter legatarios, alioſque, unde naſcitur actio

a *d. l. a. ff. h.*
b §. 1. *Inſt. eod l. 1. §. 4 ff. d. O & A. l. l. 23. d. R. 1.*
c *l. 2. l. 28. ff. h.*
d *l 10. l 27. ff. h.*
e *l. fin. C. h.*
f §. 2. *Inſt. h. l. 1. pr. & §. ult l. 4. ff. de tut. & rat.*
g *l. 1. pr. §. ult ff. de contrar. & util. §. 2. h.*
h *l. 20 ff. de tut. & rat. l. 1. §. 2 ff. de contrar.*

actio communi dividundo.

11. Familiæ erciſcundæ eſt actio mixta, in rem & perſonam [a], quæ datur heredi, adverſus coheredem: ad familiam erciſcundam, h. e. ad hereditatem dividendam [b]: nec non ad præſtationes perſonales, h. e. ad præſtandum, ſi quid actor ſolus impenderit, vel ſi reus ſolus fructus præceperit [c]: & ſimilia [d]. Hæc enim proprie ex quaſi contractu debentur, cum ipſa pars hereditatis dominio vel hereditario jure vindicetur. Nomina in hanc actionem aut diviſionem non veniunt, ſed ipſo jure LL. XII. Tabb diviſa ſunt [e].

12. Communi dividundo actio eſt mixta in rem & perſonam [f], quæ datur illis, qui ſive ex ſocietate, ſive quacunque alia ex cauſa res communes habent [g], ad illas dividendas & præſtationes perſonales [h].

13. Aditione hereditatis heres quaſi ex contractu obligatur legatariis & fideicommiſſariis; unde naſcitur actio ex teſtamento, quæ datur legatariis & fideicommiſſariis adverſus heredem qui adiit, ad præſtandum id, quod ex teſtamento vel

a §. 20. *Inſt. de act. l.* 22 §. 4. *ff. h.*
b *l.* 2. *pr ff. h.*
c § 3. *Inſt. h.*
d §. 4. *Inſt. de Off. Ind. l.* 4 *l.* 11. *& ſeqq ff. fam. erciſc.*
e *l.* 6. *C. fam. erciſc.*
f §. 20. *Inſt. de act. l* 4. §. 3. *ff. Comm. divid.*
g *l.* 2. *ff. Comm. divid.*
h §. 5. *Inſt. h.* §. 5. *Inſt. de Off. Ind.*

vel codicillis actori debetur a.

14. Ex ſolutione indebiti naſcitur condictio indebiti, quæ actio datur illi qui per errorem, ſeu facti ſeu juris ſolvit, quod vel omnino b non debebat, vel debebat, ſed exceptione perpetua tutus c; adverſus eum qui ſolutum accepit, ad illud reſtituendum d. Ceſſat tamen hæc repetitio in cauſis quibus inficiando lis creſcit: ut in damno injuria dato, legatis ad pias cauſas e, nec non in cauſa jurisjurandi f, rei judicatæ g. & tranſactionis h.

Tit. XXIX.

Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur.

1. Uti nobis acquiritur dominium per liberos conſtitutos in poteſtate noſtra, nec non per ſervos noſtros,& fructuarios & alienos,perque liberos homines quos uti ſervos noſtros bona fide poſſidemus: (quod plenius explicatum eſt ſupra lib. 11. tit, 1x) ita per eoſdem eodem modo acquiritur nobis obligatio i.

a §. 5. *Inſt. h. l 1. C. Comm. de legat.*
b § 6. *Inſt h. l. 1. C. de Cond. indeb.*
c *l. 26. § 3. l. 40 ff. de Cond. indeb.*
d *d §. 6. l 2. l 3 l. ult. C. de Cond. indeb.*
e *§ ult. h.*
f *§ 11. Inſt de act.*
g *l 1. C de Cond. indeb.*
h *l 2. C. eod.*
i *t. t. h. juncto tit. 9. ſup. lib.*

2. Quod ergo filius ſtipulatur ex cauſa profectitia, pleno jure patri acquiritur a, etſi ſub conditione promiſſum & filius ante exiſtentem conditionem emancipatus ſit b: Conditionale legatum patri ita non acquiritur c.

a pr. h. b l. 78. d. V. O. c arg. l. 18 d. R. I. l. 5 § 2. ff. Quand. dies legat. ced.

Tit. XXX.

Quibus modis tollitur obligatio.

1. Obligatio tollitur vel ipſo jure vel ope exceptionis.

2. Ad primum genus pertinent hi modi 1. ſolutio, 2. acceptilatio, 3. novatio, 4. contrarius conſenſus, 5. confuſio, 6. obſignatio, 7. compenſatio, 8. interitus rei, ſine culpa debitoris d, 9. concurſus duarum cauſarum lucrativarum e.

3. Solutio eſt naturalis præſtatio ejus quod debetur f. Aliud enim pro alio invito creditori ſolvi non poteſt g. Imo ne partis quidem ſolutionem invitus creditor recipere cogitur h. Ipſe autem debitor, an alius pro eo, ſive ſciente, ſive ignorante, ſive invito ſolvat, nihil refert i.

d l. 23. ff. d. V. O. e § 6. Inſt. de legat. f l. 49. l 52. ff. de ſol. g pr. h. l. 2. § 1. ff. de reb. cred. h l. 3. l 25. § 13. ff. fam. erciſc. l. 21. ff. de reb cred. i pr Inſt. h.

4. Acce-

4. Acceptilatio eſt imaginaria ſolutio, per quam ſtipulatione ſeu verbis contracta obligatio aliis & contrariis verbis extinguitur a. Eaque fit vel ſimpliciter, vel præcedente Aquiliana ſtipulatione, in quam omnis generis obligationes & actiones transfunduntur primum, & poſt acceptilatione perimuntur b. Extra illam Aquilianam novationem ſi fiat acceptilatio, de aliis quam quæ ex verborum obligatione debentur, habet quidem vim pacti de non petendo, & parit exceptionem, ſed obligationem ipſo jure non tollit c.

5. Novatio eſt prioris debiti in aliam obligationem naturalem vel civilem transfuſio d.

6. Eſtque alia voluntaria & proprie dicta, alia neceſſaria, & minus proprie dicta; quæ per litis conteſtationem fit inter actorem & reum e, quæ tamen priorem obligationem non conſumit aut extinguit, ſed auget f.

7. Voluntaria novatio vel eſt in ſpecie & ſimpliciter ſic dicta, vel delegatio g.

8. Novatio in ſpecie dicta eſt

a §. 1. *Inſt. h.* b §. 2. *Inſt. h. t.* c *l.* 8. *pr. l.* 19. *ff. de accept.* d *l.* 1. *ff. de novat.* §. 3. *Inſt. h.* e *l.* 11. §. 1. *l.* 29. *ff. de novat. l.* 3 §. 11. *ff. de pecul.* f c. 41. §. 1. *ff. de fideiuſſ. l.* 2 *C. d. judic.* §. 1. *Inſt de perpet. & temp.* g §. 3. *h.*

quando manente eodem debitore, ad primam obligationem novi quid accedit a, per ſtipulationem b.

9. Delegatio eſt, qua debitor ſuum debitorem creditori in locum ſuum ſubſtituit, quod quidem etiam ſcripto vel nutu fieri poteſt c, ipſeque delegatus ſtipulanti creditori expromittit d, unde & expromiſſor dicitur & ſolus convenitur.

10. Novatio autem nunquam intelligitur niſi de animo novandi manifeſto conſtet e.

11. Contrario conſenſu tolluntur obligationes conſenſu ſolo initæ, re integra f. Quippe ſecundum naturam eſt, unumquodque eo genere diſſolvi, quo colligatum eſt g. Etſi enim pactum non tollat obligationem ipſo jure, ſed pariat tantum exceptionem h, id tamen fallit in obligationibus naturalibus i, & conſenſualibus, quæ etiam mero jure gentium nituntur k, nec non in furti & injuriarum l obligatione.

12. Confuſio hic eſt, cum in eandem perſonam jus creditoris & debitoris pervenit m.

a §. 3. Inſt.
b l. 2. 5. 6. & ſeqq. ff. de novat.
c l. 17. ff. de novat.
d l. 1. C. eod.
e l ult. C. eod.
f §. 4. h.
g l. 35. d. R. I.
h §. 3. Inſt. de except.
i l. 27. §. 2. ff de pact.
k l. 95. §. 4. ff. de ſolut.
l §. 4. h. l. 7. §. 14. l. 17. §. 1. ff. de pact.
m l. pen. ff de ſolut.

13. Ob-

13. Obſignatio intelligitur, cum creditore forte ſolutum accipere renuente, pecunia debita conſignatur & deponitur in publico a.

14. Compenſatio eſt debiti & crediti inter ſe contributio b: quæ quidem hodie in omnibus actionibus, ſive b. f. ſive ſtr. juris, ſive in rem, ſive in perſonam fit, dummodo debitum non ſit illiquidum, nec ſpecies in compenſationem veniat. Excipitur actio depoſiti & momentaneæ poſſeſſionis, in quibus ſolis compenſatio hodie prorſus ceſſat c.

15. Exceptione, non ipſo jure, tollitur obligatio, 1. pacto de non petendo in perpetuum d, 2. jurejurando e, 3. re judicata f, 4. præſcriptione g, 5. liberatione legata h, aliiſque modis, de quibus plenius in tit. de Exceptionibus infra dicetur.

a *l. 19. C de Uſur. l. 9. C de ſolut.*
b *l 1. ff de Compenſ.*
c *l ult. C. de Compenſ. §. 30. Inſt. de act.*
d *§ 3. Inſt. de except.*
e *§ 4. eod.*
f *§ 5. eod.* g *l. 3. & 4. C. d. præſcript. 30. vel 40. ann.* h *t. t. ff. de lib. leg.*

LIB. IV.

TIT. I.

De obligationibus quæ ex delicto naſcuntur.

SEquuntur obligationes ex delictis & quaſi delictis.

1. Delictum eſt factum illicitum, quod lege humana pœnam meretur. Dicitur etiam crimen, noxa, maleficium a.

2. Eſtque publicum aut privatum.

3. Publicum eſt, quo ſtatus publicus directo læditur, quodque publice in exemplum vindicatur: de quo vide infra tit. de publ. jud.

4. Privatum eſt, quo principaliter cives ſinguli læduntur, quibus inde obligatio & actio pecuniaria acquiritur: unde civiliter agunt, hoc eſt, ad commodum ſuum, cum vel rem vel pœnam ſibi adjudicari petunt b.

5. Quia tamen læſio ſingulorum publico quoque nocet per indirectum, extra ordinem quoque de privatis delictis licet criminaliter agere,

a *l.* 131. *ſ. V.S.*

b §. 10 *Inſt. de injur.*

re, hoc eſt, pœnam vel fiſco ceſſuram, vel corpori infligendam ſimilemve petere a.

6. Contra quem autem civiliter agitur, contra eum criminaliter agi non poteſt. Unius enim judicii electio alterum tollit, cum utrumque pœnam perſequatur: quam pro uno delicto ſemel tantum præſtari par eſt b.

7. Privata delicta ſunt vel propria, quæ vero dolo perpetrantur, excepto damno injuria dato, ex quo quis ob culpam leviſſimam tenetur c: vel quaſi delicta, quæ per culpam perpetrantur: de quibus infra tit. 5.

8. Vera & propria delicta ſunt quatuor: 1. furtum. 2. rapina 3. damnum injuria datum, & 4. injuria: de quibus porro ordine agitur.

9. Furtum eſt contrectatio rei fraudulosa, lucrifaciendi gratia, vel ipſius rei, vel uſus ejus poſſeſſioniſve d.

10. *Contrectare* eſt rem amovere e: unde neque rei immobilis, neque incorporalis f, neque ſola cogitatione furtum fit g. *Fraudulosa* autem

a *l ult. ff. de privat. delict. l. ult. ff de furt. l. ult, ff. de injur.*
b *l. 6. ff. d injur. l. 56. §. 1. ff. de furt.*
c *l. 44. ff. ad L. Aquil.*
d *§. 1. Inſt. h. t. l. 1. § 3 ff eod.*
e *l. 3. §. 18. ff. de acq. vel om. poſſ.*
f *§. 2. Inſt. de Uſuc.*
g *l. 1. §. 1 ff. de furt.*

autem eſt contrectatio, quæ ſit animo furandi, ſeu alieni intervertendi cauſa. Neque enim rei propriæ ſit furtum [a], niſi cum uſus aut poſſeſſio eſt alterius [b]: neque rei hereditariæ, quæ nullius eſt [c]: neque rei alienæ, volente & ſciente domino [d]: neque rei alterius ſine propoſito & animo furandi [e]. Unde nec impubes furti tenetur, niſi cum pubertati proximus ſit & intellectum habeat [f].

11. Furtum aliud eſt manifeſtum, aliud nec manifeſtum.

12. Manifeſtum eſt, cum fur deprehenditur vel in ipſo facto, vel antequam ad eum locum rem pertulerit, quo deſtinaverat eam deferre vel deponere. Deprehendi autem intelligitur cum videtur cum acclamatione [g].

13. Nec manifeſtum eſt, quod ita deprehenſum non eſt [h].

14. Furti autem diſtinctio in conceptum, oblatum, prohibitum, non exhibitum; nec non quæſtio furtorum cum lance & licio, antiquata ſunt, jamque omnes qui rem furtivam ſuſceperunt aut celarunt, furti nec

a *l.* 43. §. 1. *ff. eod.*
b *l.* 12. § 2. *eod.* §. 10. *Inſt. h.*
c *l.* 68. *ff. eod.*
d *l.* 46. § *pen. eod.*
e §. 7. *Inſt. h.*
f §. 18. *Inſt. h.*
g § 3.
h *l.* 3. & *ſeqq. ff. eod.*
h *d.* §. 3.

nec manifeſti actione tenentur a.

15. Ex hoc delicto naſcitur actio furti manifeſti & nec manifeſti. Prior eſt Prætoria, perpetua, & datur in quadruplum b: poſterior, civilis eſt, & in duplum datur c.

16. Utraque datur ei cujus intereſt rem ſalvam eſſe, licet dominus non ſit; nec ipſi domino aliter competit, quam ſi ejus interſit d. Hinc fulloni, ſartorive re ſurrepta, non Dominis, ſed ipſis datur actio furti, modo ſint ſolvendo, ut Dominis ſatisfacere poſſint e.

17. Hinc & re depoſita ſurrepta, deponens tantum furti agit, quia depoſitarius de culpa levi non tenetur, adeoque ejus non intereſt f. Exceptio ex jure novo eſt in commodatario, cujus quidem intereſt, ſiquidem de leviſſima culpa tenetur, ſed tamen furti nomine rei commodatæ agit commodans, ſi velit. Habet enim electionem, an furti contra furem, an commodati contra commodatarium agere velit: alterutra electa, non poteſt pœnitere, niſi ob ignorantiam g.

18. Utraque actio etiam datur

a §. 4. *Inſt. h.*
b §. 5. *Inſt. h.*
c *pr Inſt. de perp. & temp.*
c *d.* §. 5.
d §. 13. & *ſeq. Inſt. h. t.*
e §. 15. *Inſt. h.*
l. 12. *pr. ff. de furt.*
f §. 17. *h. t.*
g §. 16. *Inſt. h. l. ult. C. de furt.*

contra furem, nec non contra eum qui opem conſilium dedit a; non vero contra eum, qui nudum conſilium dedit b: niſi cum furtum ſubſecutum eſt c.

19. Utraque datur ad meram pœnam. Rem ablatam Dominus vel vindicat, à quocunque poſſeſſore: vel condictione furtiva repetit à fure ejuſque herede in ſolidum d.

20. Utraque concurrit cum extraordinaria criminali perſecutione e, ut ante monitum.

21. Utraque negatur patri contra liberos, & Domino contra ſervos in poteſtate ſua conſtitutos f.

22. Utraque ceſſat ob liberum hominem ſurreptum, cum æſtimationem non recipiat g: præterquam quod pater ob liberos in poteſtate conſtitutos, recte furti agit ad duplum vel quadruplum, quod ſua intereſt h. Alias fures liberorum hominum publico judicio L. Fabiæ de plagiariis coërcentur i.

23. Ex conſtitutione Caroli V. artic. 157 & ſeqq. furtum excedens ſummam 5. aureorum, nec non tertium.

a l. 53. §. 1. ff. de V. S. l 6. ff. de Cond. furt.
b §. 11. Inſt. h.
c l. 52. §. 19. ff. de furt. l. 39. eod.
d §. ult. Inſt h. l. 9. ff de Cond. furt.
e l. ult. ff h.
f §. 12. Inſt. h.
g l. 1. §. 5. ff. de his qui effud. vel de. j.
h §. 9 Inſt. h l. 38. ff de furt.
i l ult. Cod ad L. Fab.

tium & aliis circumſtantiis peractum mortis ſupplicio vindicatur; quæ pœna non eſt injuſta, licet Jure divino & civili cum furibus mitius agatur. Poteſt enim Majeſtas pro uſu Reipubl. pœnas vel intendere, vel minuere lege, quæ etiam conſcientias judicum civiumque obligat, cum Deus Imperantes conſtituat eiſque morem geri jubeat.

Tit. II.

De vi bonorum raptorum.

1. Rapina eſt violenta ablatio rei mobilis lucrifaciendi gratia a.

2. Eſt autem raptor fur improbus b, unde etiam tenetur actione furti manifeſti c, & nec manifeſti d; & interdicto unde vi e, & lege Julia de vi publica & privata f, & actione L. Aquiliæ g. Sed & imprimis actione, propria ex hoc delicto, vi bonorum raptorum.

3. Hęc eſt Prętoria, competens ei cujus intereſt rem non eſſe raptam, ſive in bonis, ſive ex bonis ejus fuerit h, ad-

a *pr. Inſt. h. l. 1. ff. eod.* b *pr. h.* c *l. 52. §. fin. l. 80. §. 3 ff. de furt.* d *l 1. ff. h t.* e *l. 9. C Unde vi.* f *l. 5. §. 2 & l. 6. ff. ad L. Jul. de vi pub.* g *l 2 § 10 & 26 ff h* h *§. ult. Inſt. h.*

adverſus raptorem intra annum in quadruplum ex re, & pœna mixtum; poſt annum in ſimplum a. In heredes non datur, ne quidem quatenus ad eos pervenit, quia ſufficit contra illos condictio furtiva b.

4. Ceſſat autem hæc actio, cum quis errore juris putans id ſibi licere, ſine dolo rapit. Is enim punitur tantum amiſſione rei raptæ, ſi Dominus ſit, vel ſolutione æſtimationis, ſi Dominus non ſit c. Ceſſat etiam pœna cum Chriſtianus eripit Judæo; is enim raptor in duplum tantum tenetur d. Contra qui naviculariοs diripit, pœnam quadrupli ſolvit e. Qui in viis publicis graſſantur, capite puniuntur f.

Tit. III.

De lege Aquilia.

1. Damnum injuria datum eſt læſio rei alienæ, contra jus per dolum aut culpam etiam leviſſimam facta g. Huc ergo non pertinet damnum quod vel caſu fortuito h, vel jure permittente datum eſt i.

2. Hujus

a pr. Inſt. h. b l. 2. §. ult. ff. h. c §. 1. h l. 7. C. Unde vi. d l. 6. C. de pagan. e l. 5 C. de Navic. f l. 28. §. 10. ff. de pœn. g §. 2 Inſt. h l. 44 ff. eod h §. 3. & ſeqq h. t l. 30. §. 3 l. 31. 49. ff. eod. i §. 2 h. l 29. §. 7. ff. eod.

2. Hujus delicti nomine datur actio ex lege Aquilia, quæ eſt Plebiſcitum, cujus tria olim erant capita.

3. Primum cavet de ſervo & quadrupede quæ pecudum numero eſt occiſa, cujus nomine occidens damnatur quanti ea res eo anno plurimi fuit [a]. *a pr. h.*

4. Secundum caput ab uſu diu receſſit [b], & ignoratur. *l. 2. pr. ff. h.* b §. 12.

5. Tertium cavet de omni reliquo damno, præter ſervum & quadrupedem occiſam, vultque reum damnari quanti ea res intra 30 dies proximos fuit plurimi [c]. *h. t.* c § 13. *h. t.*

6. Actio autem quæ ex hoc delicto naſcitur tres habet ſpecies. Prima eſt ex lege Aquilia, ejuſque directis verbis, unde *directa* dicitur; quæ datur domino ejuſve heredi [d] adverſus eum qui corpore & in corpus damnum dedit [e]. d *l. 1. pr. h t.* e §. *ult. Inſt. h.*

7. Secunda non quidem ex verbis, ſed tamen ex ſenſu & ratione legis Aquiliæ venit, indeque utilis L. Aquiliæ actio dicitur, daturque domino adverſus eum qui damnum quidem in corpus, ſed non corpore de-

dedit. Utilis etiam actio datur Uſufructuario & uſuario adverſus damnum dantem a.

8. Tertia ſpecies eſt actio in factum ex juriſdictione Prætoris, accommodata legi Aquiliæ, cum nec corpore nec in corpus damnum datum eſt b: quæ intuitu civilis etiam quandoque utilis vocatur c.

9. In heredem autem actio legis Aquiliæ non datur, quia pœnalis eſt d: ſcilicet reſpectu rei conventi, alias quandoque mere rei perſecutoria.

10. Perſequitur autem hæc actio damnum tantum: unde facile concurrit cum judicio L. Corneliæ de ſicariis e, cum actione injuriarum f, furti g, & aliis, quæ alia perſequuntur.

a *l.* 11. *in fin. ff. h.*
b *d.* §. *ult.*
c *l.* 9. *pr. l.* 29. §. *pen. ff. h.*
d §. 9. *Inſt. h. l.* 23. §. 8. *ff. eod.*
e *l.* 23. §. 9. *h.*
f *l.* 34. *pr. ff d.* O. & A.
g *l.* 5. §. 2 *ff. h.*

Tit. IV.

De Injuriis.

1. Injuria accipitur vel generaliter, pro omni eo quod non jure fit; vel ſpecialiter, pro quarta privati delicti ſpecie, de qua hic agitur h.

2. Eſt autem injuria delictum quo

h *pr. h. t.*

quo quid ad contumeliam vel dolorem alterius admittitur[a].

3. Cum delictum ſit, ſequitur dolum & animum injuriam inferendi hic requiri[b]. Unde injuria nec à doli incapace[c], neque per jocum[d], neque a provocato ad iram committitur[e].

4. Dolus autem & propoſitum injuriam inferendi, ex ipſo facto injuriam arguente præſumitur[f].

5. Injuria autem eſt vel realis vel verbalis. Et hæc iterum fit vel verbis ore enuntiatis, vel ſcripto[g].

6. Realis eſt, cum quis pugno pulſatur, fuſtibus cæditur, verberatur, cumque bona ejus qui nihil debet ut debitoris poſſidentur[h], cum quis vexandi cauſa in jus vocatur[i], aliudve quid ad invidiam alterius fit vel geritur[k].

7. Verbis ore enunciatis fit injuria, cum cui convitium[l], vel maledictum fit, vel cum quis debitor appellatur, qui non eſt[m]: cumque puella blandis verbis ad ſtuprum ſollicitatur[n], vel cum aliud quid contra bonos mores ad infamiam vel

a *pr.* & §. 1. *h.*
b *l.* 3. §. 1. *ff. h.*
c *d. l.* 3. § 1.
d *d l* 3. §. 3.
e *l.* 25. *ff. de procur.*
f *l.* 5. *C. h.* *l.* 1. *C. ad L. Corn. de Sicar.*
g §. 1. *h.*
h *d.* §. 1.
i *l.* 13. §. 3. *ff. h.*
k *d.* §. 1. *l.* 15. §. 27. *ff. eod,*
l *d.* §. 1. *h.*
m *d. l.* 15. §. 33. *ff. de injur.*
n *d. l.* 15. §. 20. *eod.*

a d. l. 15. §. 2. 5. 25. vel invidiam alterius dicitur a.

8. Scripto committitur injuria, cum ad infamiam alterius libellus, carmen aut ſimile quid fit b. Atrociſſima hujus ſpecies eſt famoſus libellus, quem veteres malum carmen, noſtri paſquillum dicunt, qui nihil aliud eſt quam factum quo alicui infame crimen objicitur animo injuriam faciendi c, cujus & auctor & divulgator non tantum injuriarum, ſed & pœna capitali tenentur d; Carolus V. tamen pœnam hanc fecit arbitrariam e, Judicium autem famoſi libelli etſi capitale ſit, non tamen privatum eſſe deſinit.

b d. §. 1. h.

c arg. l. un. C. de fam. lib.

d d. l. un.

e art. 110.

9. Pœna injuriarum ex L. XII. tabb propter membrum quidem ruptum talio erat, (qualis & lege Moſaica præſcribitur f) quam tamen reus L. XII. tabb. evitabat, cum vel paciſcendo ultro pecunia eam redimeret, vel à judice ob contumaciam in mulctam condemnabatur: os vero fractum nummaria pœna jure eo vindicabatur 25. aſſium libralium g.

f Exod. 21. Levit. 24.

g Gell lib. 20. c. 1.

10. Jus poſterius introduxit alias pœnas contra injuriæ auctores, & re-

remedia tum ordinaria tum extraordinaria.

11. Ordinaria actio eſt civilis vel Prætoria.

12. Prætoria datur qualemcunque injuriam paſſo, contra eum qui fecit injuriam, nec non contra eum qui dolo procuravit ut alius faceret injuriam, ut judex reum tanti condemnet, quanti actor injuriam æſtimavit, ſalva moderatione judicis [a]. Pluris autem æſtimanda eſt injuria atrocior, quam circumſtantia, perſonæ, loci, temporis aut ſimilis aggravat, quam alia levior [b].

13. Actio civilis juris eſt ex L. Cornelia, qua injuria atrocior quæ manu fit, v. g. ſi quis pulſatus, verberatus, vel ſi cujus domus vi introita ſit, primum criminaliter vindicabatur, qua tamen poſtea etiam civiliter agi cœpit, ad pœnam pecuniariam, à judice æſtimandam actori ceſſuram [c].

14. Injuriarum autem agere poteſt, non tantum ille cui injuria directo illata eſt, ſed & ad quem illa per obliquum pertinet, quomodo liberis illata injuria ad parentes, uxori ad mari-

a §. 7. & 11. Inſt. h. t.

b §. 9. Inſt. h.

c l. 37. § 1 ff. de injur. l. 42 §. 1. ff. de proc. §. 8. Inſt. h.

ritum pertinet. Unde ob unam injuriam filiæ nuptæ illatam & triplex actio, 1. filiæ. 2. patri. 3. marito naſcitur nec alia aliam conſumit a. Sed & atrox injuria ſervo illata, vel ſi quæ levior ei contemplatione Domini fiat, ad Dominum pertinet b.

a *l.* 1. §. *ult. ff. h.*

b §. 3. *Inſt. h.*

15. Extraordinaria etiam eſt criminalis perſecutio injuriæ c, uti & aliorum privatorum delictorum, quod ſupra monuimus.

c *l. ult ff. h.*

16. Recepta quoque paſſim eſt actio ad palinodiam, ſive recantationem, qua agitur ut qui maledicendo honorem noſtrum læſit, recantando reſarciat læſum: ſed ea actio aliena eſt à ratione Juris Romani; quæ non patitur ut privatus ſuo facto honorem vel lædat, vel tribuat.

17. Recepta etiam eſt paſſim retorſio quædam injuriæ verbis factæ, cum qui fur appellatus eſt appellantem pro fure habet, donec ingeſtum furti crimen certum faciat, quæ ipſa quoque privata vindicta Romanis ignorata fuit. Neque enim ſingulis indulgendum quod per Magiſtratum fieri oportet d.

d *l. non eſt ſingulis ff. d. R. I.*

18. Cæterum actio injuriarum tol-

tollitur, 1. morte & injuriam facientis, & paſſi; niſi lis ſit cum defuncto conteſtata a. 2. remiſſione, quæ eſt vel expreſſa, cum expreſſo pacto remittitur b; vel tacita cum injuria diſſimulatur vel ad animum non revocatur c. 3. lapſu temporis, quo actio inſtituẽda eſt, Prætoriam autem actionem anno extingui d, civilem perpetuam eſſe, ratio juris dictitat.

a *l.* 13. *ff. h.*
b *l.* 17. §. 6. *ff. h.*
c § 12. *Inſt. h.*
d *l* 5. *C. h. l.* 17 §. 6. *ff. eod.*

TIT. V.

De Obligationibus quæ ex quaſi delicto naſcuntur.

Quaſi delictum eſt factum illicitum ſine dolo quidem, ſed tamen non abſque culpa & delicto proximum e, cujus hic 4. referuntur ſpecies.

e *l.* 5. §. 4 & *ſeqq. ff. de O. & A.*

1. Prima Judicis qui per imperitiam malè judicavit & ſic litem ſuam fecit, h. e. ex judice fit reus; injuſta n. ſententia læſis datur adverſus eum actio civilis male judicati ad præſtandum id, quod religioni judicantis æquum videbitur f.

f *l. ult. ff d. extr. cognit. pr. h.*

2. Si dolo malo quis judicet, litem etiam ſuam facit, ſed hic vere delin-

quit

quit & gravius punitur, non ſolum vera æſtimatione litis, ſed etiam exilio, infamia, proſcriptione bonorum pro re nata [a].

3. II. Inhabitantis cœnaculum, vel ædificium, ſive ſit proprium, ſive conductum, ex quo quid dejectum eſt in locum quo vulgo iter fit vel conſiſtitur, ut alicui nocitum ſit; huic n. datur actio Prætoria adverſus habitatorem ædium (non adverſus dejicientem, nec dominum, nec hoſpitem) ad diverſas præſtationes pro diverſitate negotii: vel enim homo liber occiſus eſt, & popularis annaliſque actio cuilibet ex populo datur, ad pœnam 50. aureorum actori ſolvendorum [b]. Vel liber homo vulneratus eſt, & datur ei actio privata, perpetua, ratione ſumptuum & operarum amiſſarum, in quantum judici æquum videbitur. Ipſum autem corpus aut vulnus æſtimationem non recipit [c]: ſi aliud damnum datum ſit, datur damnum paſſo actio perpetua in duplum [d].

Ejus autem nomine, quod habitator ita ſolvit habet actionem in factum adverſus dejicientem [e].

a *l. ult. & auth. Novo jure C. de pœn. jud.*

b *l. pr. & §. 5. & 9. ff. his q. eff. vel dejec.*

c §. 1. *h. l. 1. pr. l. ult. ff. eod.*

d *l. 1. ff. h. §. 1. Inſt. h.*

e *l. 5. §. 4. ff. eod.*

4. III. E-

4. III Ejus qui in eo loco, per quem vulgo iter fit, poſitum quid vel ſuſpenſum habet, quod poteſt, ſi ceciderit, nocere, inde adverſus inquilinum vel dominum datur actio popularis annalis [a], ad pœnam 10. aureorum actori ſolvendorum [b].

5. Quod ſi ſuperioribus actionibus de quaſi delicto filii agatur, is ſolus, non etiam pater convenitur de peculio [c].

6. IV. Exercitoris navis, cauponæ, ſtabuli, cujus miniſtri damnum aut furtum in navi, caupona vel ſtabulo fecerunt; hinc n. damnum paſſo datur actio Prætoria adverſus exercitorem in duplum [d], ipſi miniſtri ex vero delicto obligantur.

7. Si autem non miniſtri, ſed alii damnum dederint aut furtum fecerint, exercitor non ex quaſi delicto in duplum, ſed ex quaſi contractu in ſimplum tenetur [e].

a *l. 5. §. 9 & ſeqq. h.*
b *§. 1. h.*
c *§. 2. h. l. 15. ff. de judic.*
d *§. 3. Inſt. h. t. l. un. ff. furt. adv. naut. caup.*
e *l. 1. ff. naut. caup. ſtab.*

Tit. VI.

De Actionibus.

Reſtat tertium juris objectum ſcilicet actionum.

Tractatus de Actionibus alius

eſt

eſt generalis, alius ſpecialis. Ille generaliter deſcribit omnium actionum naturam; hic ſingularum actionum indolem demonſtrat. Prior tradit definitionem, diviſiones & varias regulas, imprimis de concurſu, cumulatione & ceſſione actionum. Poſterior quę cuique actio detur, adverſus quem, ad quid, quamdiu duret.

Pars Prior.

1. Actio ab agendo dicta varia ſignificat, ſed tamen in jure plerumque duo. 1. jus petendi a. 2. petitionem ſive remedium quo jus illud perſequimur b. Et poſteriore illo ſignificatu accipitur, Vel I. generaliſſime, pro qualicunque remedio juris, quomodo & accuſationem & exceptionem quandoque continet c. II. generaliter pro judicio civili ordinario & extraordinario: quomodo & interdicta, & præjudicia, & ſtipulationes prætorias continet d. Vel III. ſpecialiter pro actione in rem & perſonam, quæ ſignificatio magis propria eſt e. Vel IV. ſpecialiſſimè pro actione in perſonam f.

2. Actio

a *pr. I. h. t. l. 51. ff. eod.* b *l. 12. ff. de reb. dub. l. 1. ff. de except.* c *t. t. C. Quan. Civ. act. l. 1. ff. de except.* d *l. 37. ff. de O. & A. l. 34. d. V. S.* e *l 35. l. 39. §. 2. ff. de Proc.* f *l. 178. d. V. S. §. 2. I. Quib. mod. toll. obl.*

2. Actio nihil aliud eſt, quam jus perſequendi in judicio, quod ſibi debetur [a].

3. Dicitur *jus*, i. e. legitima facultas, uti in definitione ſervitutis, itineris, actus &c. Dicitur *perſequendi in judicio*, quod jure veteri dicebatur fieri apud judicem pedaneum, qui cum nullam haberet juriſdictionem, ſecundum formulam à Prætore aliove Magiſtratu præſcriptam de facto cognoſcebat & ſententiam dicebat, ſine jure aut imperio ſententiæ exequendæ. Poſtulatio, executio & alia apud ipſum Magiſtratum fiebant; exceptis quibuſdam cauſis, quas Magiſtratus ipſi extra ordinem cognoſcebant, quod non in *judicio*, ſed in *jure* fieri dicebatur: poſtea omnia judicia extraordinaria facta ſunt; abolito formularum & judicum pedaneorum dandorum more [b].

4. Dicitur *quod ſibi*. Non enim perſequimur alterius debitum, niſi cum, hodie procuratorum officio fungimur.

5. Dicitur, *quod debetur*; quod verbum alias ſtricte ſignificat id, quod ex

a *pr. h. l. 51. ff. h.*

b *l. 2. C. d. judic. pedan. l. 2 C. d. form. & impetr. ſubl.*

ex obligatione nobis *debetur*, & opponitur ei quod *noſtrum* eſt [a], ſed hic aliiſque locis continet etiam quod noſtrum eſt, ut ſubjecta hæc diviſio aliaque loca evincunt [b].

6. Summa actionum diviſio eſt à cauſa proxima, quod ſint vel in rem, vel in perſonam, vel mixtæ [c].

7. Actio in rem eſt, quæ naſcitur ex jure aliquo in re [d], cujus ſpecies enumerantur lib. 2. tit. 1. Actio in perſonam, quæ ex obligatione naſcitur [e]. Magna inter utramque eſt differentia. Nam I. actio in rem regulariter datur contra quemvis poſſeſſorem vel turbatorem juris noſtri in re; Actio in perſonam tantum contra perſonam obligatam [f].

II. Actiones in rem dicuntur vindicationes & petitiones, actiones in perſonam condictiones [g], vel ſimpliciter actiones, ut ſupra in homonomia viſum eſt.

III. Actio in rem inſtitui poteſt non tantum in loco domicilii rei, ſed etiam in loco rei ſitæ [h]. Actio in perſonam tantum in loco domicilii.

IV. Actiones in perſonam aliæ ſunt

a *l. 27. §. 2. l. 34. pr. ff. d. aur & arg. leg. §. 14. h.*
b *l.* 108. 178. *d. V. S. l. 19. §. 2. ff. comm. div.*
c §. 1. §. 20. *h. l. 7. C. de pet. her.*
d §. 1. *Inſt. h.*
e *d. §. 1. t. h.*
f §. 1. *h.*
g §. 2. *Inſt. quib. mod. toll. obl. §. 14. h.*
h *l. 2. C. in rem act.*

ſunt bonæ fidei, aliæ ſtricti juris, aliæ arbitrariæ [a]. Actiones in rem ſunt arbitrariæ [b], & ſtricti juris; ſed nullæ b. f. præter mixtam hereditatis petitionem [c].

a §. 28. & ſeqq. b. b §. 31. c d. §. 28.

8. Ratione obligationis principalis vel minus principalis, in perſonam ſubdividitur. Nam alia eſt directa, alia contraria. Ex illis contractibus & quaſi contractibus, in quibus utriuſque contrahentis non æque, ſed alterius magis alterius minus principaliter intereſt, inæqualis obligatio naſcitur & actio duplex; directa & contraria. Directa datur ei cujus principaliter intereſt, qui plerumque Dominus eſt, ut Commodator, deponens, debitor pignus dans, mandans, dominus cujus negotium, pupillus cujus tutela geritur. Contraria datur ei cujus minus principaliter intereſt, veluti commodatario, depoſitario, creditori, mandatario, negotiorum geſtori; tutori &c. qui de damno, impenſis & ſimilibus agunt, quæ ex accidenti interveniunt, uti ex ſingulis ſpeciebus lib 3. relatis conſtat.

9. Actiones mixtæ 4. modis di-

cuntur, 1. ex re & pœna, de quibus infra. 2. quæ ſunt perſonales & in rem ſcriptæ, quæque contra quemlibet poſſeſſorem dantur, ut actio quod metus cauſa a & ad exhibendum b. 3. In quibus uterque, actor & reus eſt c. 4. In rem & in perſonam, quæ ſunt hujus loci, quæque ex utroque fonte, & jure in re & obligatione naſcuntur, quibus non tantum vindicatur res aliqua; ſed & præſtationes perſonales condicuntur, ut ſunt actio finium regundorum, familiæ erciſcundæ, communi dividundo & petitio hereditatis d.

10. Secunda actionum diviſio eſt à cauſa remota, qua omnis actio dividitur in Civilem & Prætoriam e.

11. Civilis actio eſt, quæ ex lege, SCto, vel Principis placito, aut alia juris civilis parte deſcendit f.

12. Prætoria eſt, quam Prætor ex ſua juriſdictione comparatam habet, h. e. de novo introduxit: quo etiam ſpectant ædilitiæ, ab Ædilibus Curulibus introductæ g.

13. Multum autem differt actio civilis & Prætoria, quod perti-

a *l. 6. in fin. ff. quod met. cauſa.*
b *l. 3. §. 3. ff. ad exhib.*
c *l. 37. §. 1. ff. d O. & A.*
d *§ 20. h. l 25. §. 18. ff. de petit. hered. l. 7. C. eod. l. 1. ff fin. reg l. 22 § 4. ff. fam. erciſc.*
e *§. 3.*
h l. 25. in fin. ff. h.
f *d §. 3.*
g *d. §. 3. §. 7. Inſt. de Jur. Nat. G. & C. t. t. C. d. ædilit. act.*

tinet ad terminum expirationis [a].

14. Tertio à diverſo modo quo jus civile vel Prætor introduxit actionem, dividi illa poteſt, in directam & utilem [b].

15. Directa actio eſt, cujus lex vel Prætor expreſſe meminerunt.

16. Utilis eſt, cujus lex vel Prætor non expreſſe meminerunt; ſed quæ ob eandem rationem ad exemplum directæ datur, uti ex ſupradictis ll. liquet.

17. Aliquando tamen utilis actio expreſſis verbis legis datur, quando ſc. directæ actiones vel penes alios ſunt, à quibus avelli nequeunt, vel alia juris ratio directam competere negat; ſic, quibus actio vel nomen legatum, donatum, emtum aut aliter ceſſum eſt, utiles tantum actiones habent, cum directæ cedentibus inhæreant [c]. Effectu hæ ſpecies non differunt, tantum n. quis actione utili conſequitur quantum directa.

18. Directa etiam aliquando opponitur actioni præparatoriæ, veluti ad exhibendum [d], aliquando principalis quæ opponitur adjectitiæ

K 2 qua

a *pr. Inſt de perpet. & tempor act. l. 35. ff. d O. & A.*

b *§. ult. I. ad L. Aquil. l 13 ff. eod. l. 18. C.d. legat.*

c *l 1. C.d.O. & A. l. 16. pr. ff. d. pact. l. ult. C. quand. fiſc vel priv. l. 3 C.d. Don.q. ſub mod.*

d *l. 3. § 13. ad exhib.*

qualitati a, ſed directa frequentius opponitur contrariæ, de qua ſupra.

19. Quarto actiones dividuntur in rei perſecutorias, pœnales & mixtas b.

20. Rei perſecutoriæ ſunt, quibus perſequimur quod nobis à patrimonio abeſt c. Huc pertinent, I. omnes actiones in rem. II. omnes actiones ex contractu vel quaſi, exceptis paucis mixtis, veluti de depoſito miſerabili d: III. quædam ex delicto, ut actio rerum amotarum e, in factum de vi & vi armata f, tributoria g.

21. Pœnales ſunt quibus perſequimur meram pœnam ex delictis privatis legibus debitam & conſtitutam h, non ex conventione debitam i, non publicis dictam criminibus, quæ accuſationibus vindicatur & ad actiones privatas non pertinet.

22. Pœnales ſubdividuntur, quod ſint vel in ſimplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, quod regulariter pœnam Juris Ro-

a §. 5. Inſt. d. noxal. act. §. ult. quod cum eo qui in al.
b §. 16.
c l. 35. d. O. & A.
c §. 17. h. &c.
c l. 21. §. 5. ff. rer. amot.
f l. 1. pr. & §. pen. ff. vi & vi arm.
g l. 8. ff. de tribut. act. aliaque.
h l. un. in fin. ff. ſi quis jus dic. non obt.
i §. 18. h. junct. l. 68. d. V. O.

Romani non excedit a. Rei perſecutoriæ regulariter omnes ſunt in ſimplum: Hodie pœna dupli, tripli, quadrupli fere arbitraria eſt.

23. Aliter pœnales ſubdiſtinguuntur in ſimpliciter pœnales & ſecundum quid, quales ſunt, quibus actor perſequitur, quod ſibi è patrimonio abeſt, ſive rem, reſpectu rei verò pœnam; qualis eſt actio de dolo b, item adverſus falſum tutorem c, adverſus menſorem qui falſum modum dixit d.

24. Quædam etiam ſunt pœnales reſpectu actoris ſolius e.

25. Mixtæ ſunt, quibus rem & pœnam perſequimur f.

26. Quinto à forma accidentali actiones diſtinguuntur in bonæ fidei, ſtricti juris & arbitrarias g.

27. Actiones bonæ fidei ſunt, in quibus libera poteſtas judici relinquitur æſtimandi inter litigantes, quantum alterum alteri ex bono & æquo præſtare oporteat h: ſunt autem non plures actiones bonæ fidei, quam comprehenſæ ſunt §. 28. h. ita ut ſub directis comprehendantur contrariæ, & quæ adjectitiis quali-

a § 21. *& ſeq.*
b *l.* 26. *ff. d. dol.*
c *l.* 7. *l.* 9. §. 1. *ff. quod falſ. tut.*
d *l.* 3. §. *pen. ff. ſi menſ. & alia.*
e *l.* 1. *ff. d. calumn.*
f § 19. *I. h.*
g § 28. *& ſeqq. Inſt. h. t. l.* 5. *ff. d. in lit. jur. l.* 3. §. 1. *ff. d. Uſur.*
h § 30. *h. l.* 2. § 3. *ff. d. O. & A.*

tatibus differunt. Horum enim negotiorum frequentia videtur laxiorem judicis poteſtatem exigere, quam ſtricti juris judicia.

28. Enumerantur autem actiones b. f. ſequentes, actio ex emto vendito, locato conducto, negotiorum geſtorum, mandati, depoſiti, pro ſocio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, præſcriptis verbis, quæ de æſtimato proponitur & ea quæ ex permutatione competit & hereditatis petitio a. Denique actio ex ſtipulatu de dote repetenda, quæ multa habet ſingularia b.

29. Actiones ſtricti juris ſunt in quibus poteſtas judicis adſtricta eſt iis, quæ inter contrahentes expreſſa & in judicium nominatim deducta ſunt, atque formulæ olim inſerta c.

30. Actiones arbitrariæ ſunt, in quibus judici permittitur arbitrium æſtimandi, quomodo actori ſatisfieri oporteat d, atque hæ iterum duorum ſunt generum, quædam enim ſua natura ſunt arbitrariæ, quædam ex incidenti, quæ origine ſtri-

a *d.* § 28. *& ſeq.*
b § 29. *Inſt. h.*
c § 30. *l.* 99. *d. V. O.*
d § 31 *in fin. h.*

ſtricti juris ſunt, ſed fiunt arbitrariæ.

31. Natura ſua arbitrariæ ſunt, in quibus judex antequam ſententiam definitivam proferat, jubet reum aliquid facere, veluti rem exhibere, vel ſolvere, vel ſervum noxæ dare: cui ſi reus paret, abſolvitur, ſin minus, condemnatur in aliud & gravius quam juſſus erat, idque ob contumaciam a: tales ſunt rei vindicatio, actio ad exhibendum, confeſſoria, Publiciana, Serviana, doli, metus, rerum amotarum b. Quod genus Juſtinianus tantum in Inſtitutis proponit, ubi male etiam inter exempla refert noxalem.

32. Ex accidenti fit arbitraria omnis actio ſtricti juris, ſive ex ſtipulatu, ſive ex mutuo, ſive ex teſtamento, per adjectionem loci c. Unde ſi alio loco agatur, judex accipit arbitrandi poteſtatem quanti litigatorum interſit, conſtituto potius loco ſolvi, quam eo quo agitur; unde ſi rei interſit, minuitur, ſin actoris, augetur condemnatio d.

a §. 31.

b *d.* §. 31 *l.* 8. § 2. *ff. rer. amot.*

c *l.* 4. & *ll. ſeqq. ff. de eo quod cert. loc.*

d *l.* 2. *pr.* & §. *ult. ff d. t. l. un. C. ubi conv. qui cert. loc.*

33. Cæterum hæ tres ſpecies plurimum inter ſe differunt, & quidem inter bonæ fidei & ſtricti juris judicia ſumma differentia eſt, 1. in bonæ fidei judiciis judicis eſt liberior ex æquo & bono judicandi poteſtas; unde fit ut in his judiciis etiam veniant, de quibus inter contrahentes non expreſſe convenit, tantumque valeat officium judicis, quantum in ſtipulatione expreſſa interrogatio & promiſſio [a]. 2. In bonæ fidei judiciis ratio exceptionis quandocunque ante rem judicatam propoſitæ habenda erat, etſi olim formulæ non eſſet inſerta [b], quæ ratio eſt, quod olim in bonæ fidei judiciis, uti hodie indiſtincte [c], locum habuit compenſatio [d], ſecus in ſtricti juris judiciis. 3. Uſuræ in bonæ fidei judiciis non tantum debentur ex ſtipulatu, & pacto, ſed & uſuræ, & omnes acceſſiones & fructus ex mora [e]. in ſtricti juris judiciis uſuræ regulariter debentur ex ſtipulatu tantum [f], excepta actione ex teſtamento [g], & quibuſdam aliis: fructus vero in ſtricti juris judiciis, quibus res noſtras vindica-

a l 7 ff. d. negot. geſt.
b l. 38. & ult. ff. de pet. her. l. 3 ff. d. reſcind. vend.
c l ult. C. d. compenſat
d §. 30 h.
e l 3. l. 32. § 2. ff d. uſur.
f l. 3. C d. uſur.
g l. 34. ff. d. uſur. l. 3. C. in quib. cauſ. reſti.

dicamus, ſunt reſtituendi cum re ex eo tempore quo reſtituens rem accepit [a], in aliis poſt litem conteſtatam [b]. 4. Dolus dans cauſam contractui bonæ fidei facit eum ipſo jure nullum [c]. Dolus incidens purgatur, h. e. damnum inde datum resarcitur actione ex contractu aut exceptione [d].

34. Dicitur autem dolus dans cauſam contractui, quo quis inducitur ad contrahendum, qui alias contracturus non fuiſſet: *Incidens* dicitur, quo quis circa incidentia decipitur, veluti, ut vilius vendat, vel ut carius emat: in ſtricti vero juris judiciis dolus ſive dans cauſam ſive incidens ſit, coërcetur pro re nata, vel actione vel exceptione doli [e].

35. Differunt arbitrariæ à bonæ fidei judiciis. 1. In his fundamentum eſt æquum & bonum, in illis vel contumacia vel adjectio loci. 2. In b. f. actionibus Judex habet liberiorem poteſtatem judicandi etſi arbitrium nullum præceſſerit; in arbitrariis ſua natura cõtra. 3. In his judex æſtimat quantum actori reſtitui oporteat; in illis,

a *l. 15. ff. d. condict. indeb. l. 38. §. 1. ff. de uſur.*
b *d. l. 38. §. 4.*
c *l. 7. pr. ff. d. dol. l. 3. §. ult. ff. pro ſoc. l. 16. §. 1. d. minor.*
d *l. 13. & ſeq. ff d. act. emt. l. 2. C. eod. l. 7. §. 3 ff. d dol.*
e *l. 7. l 76. ff. d. V. O. l. 5. d. inutil. ſtip.*

a § 30. illis, quomodo ſatisfieri debeat a.
31. *h. t.* 4. Actiones bonæ fidei omnes ſunt
in perſonam, exceptis tribus mixtis,
b *l.* 28. arbitrariæ multæ in rem b. Cæterum
§ 31. hujus diſtinctionis hodie non ma-
h. t. gnus in foro eſt uſus.

36. VI. Actiones aliæ ſolidum
c § 36. perſequuntur, aliæ minus c. Natura
h. t. quidem plerarumque actionum eſt,
ut ſolidum perſequantur, ſed tamen
quædam excipiuntur ab illa regula.
Vel 1. propter indolem ipſius actio
d § 36. nis, veluti de peculio d. Vel 2. ob
h. t. mutuas obligationes, quæ compen-
e § 39. ſationi locum faciunt e. Vel 3. pro-
h. t. pter beneficium legis datum certis
perſonis, quæ ultra id quod facere
poſſunt, conveniri nequeunt, ſed
relinquendum illis ne egeant, ſive
ob reverentiæ & conjunctionis ſi-
milemve rationem, unde competit
f §. 37. *& ſeq.* patri, marito, ſocio, patrono f, mili-
l. 16. ti g, donatori h: ſive ratione commi-
ff. d re ſerationis, ut debitori, qui vitio for-
jud. l. tunæ facultatibus lapſus bonis ceſ-
173. *d.* ſit i.
R. I

g *l.* 6. 37. VII. Actiones diſtinguuntur
l 18. *ff.* in eas quæ per ſe ſubſiſtunt, & quæ
d re jud alia-

h §. 38 *h. l.* 20 *ff. d. re jud.* i §. *ult h.*

aliarum ſunt adjectitiæ qualitates a, quales ſunt, quæ proponuntur tit. 7. 8. ſcil. quod juſſu, Exercitoria, Inſtitoria, de peculio, in rem verſo, noxales & ſimiles. Hæ autem adjectitiæ in pleriſque ſequuntur naturam principalium, quibus adjiciuntur, ut ſuo loco patebit.

38. VIII. Actiones vel ſunt perpetuæ vel temporales. Perpetuæ dicuntur hodie quæ 30. vel 40. annos, temporales, quæ annum, biennium aut aliud tempus vivunt b. Regula autem eſt de actionibus Civilibus, quod omnes ſunt perpetuæ, ſive in rem, ſive in perſonam c. Prætoriæ olim omnes fuerunt annales, quia & ipſum Prætoris officium annuum erat: *Hodie diſtinguitur inter pœnales quæ ſunt annales* d (excepta actione furti manifeſti e, recepti contra nautas, de qua ſupra ad tit. d. oblig. quæ ex quaſi contr. delict. & ſervi corrupti,) *& rei perſecutorias, quæ iterum ſunt vel præter jus civile*, ut Publiciana, Serviana & quaſi Serviana, *quæ ſunt perpetuæ*; *vel contra jus civile*, *quæ annales ſunt*, ut reſciſſoria, &c. f

a *l.* 19. *ff. d. in rem verſo ibi adjectio.*

b *pr. Inſt. d. perpet. & temp. act.*

c *l.* 3. *&* 4. *C. d. præſcr. 30 vel 40 annor.*

d *pr. h. t.*

e *pr. h.*

f *d. l.* 35. *d. O. & A.*

39. Cæ-

39. Cæterum omnes actiones temporales litis conteſtatione fiunt perpetuæ ad 40 annos [a], excepta una & altera [b]. Accuſationes criminum 20 annis præſcribuntur [c].

40. IX. Aliæ actiones heredibus dantur, aliæ non, de quibus certa hæc eſt regula: *Omnis actio ſive ex contractu ſive ex delicto datur heredibus, exceptis actionibus injuriarum & ſimilibus* [d], veluti querela inofficioſi [e], revocatoria donationis [f], ſimileſque, &c. [g]

41. Actiones in rem heredibus competunt non ut heredibus, ſed ut jus in re habentibus, quod cum non habent, nec actionem habent.

42. X. Actiones aliæ in heredes dantur, aliæ non; de prioribus regula eſt: *Omnis actio rei perſecutoria, ſive ex contractu, ſive ex delicto, datur in heredem in ſolidum* [h], ergo & condictio furtiva, & actio rerum amotarum [i]. Excipiuntur iſtæ actiones ex contractu quæ ob delictum concurrens pœnales, ſaltem ex parte rei

a l. ult. C. d. præſc. 30 vel 40 an. l. 1. §. 1. C. d. annal. except. b l. fin. C d. dol. l. 1. ff ne de ſtat. def. c l. 12. C. ad L. Cornel. d. falſ. d §. 1. Inſt d. perpet & temp act e l. 6. §. ult. & ſeq. ff. & l 34 C d. inoff teſt

f l. 7. C. d. revoc. don. g l. pen. ff. d. in jus voc. l. ult. in fin. ff. ne quis eum qui in jus voc. l. 4. ff. d. calum. h § 1. Inſt d perp & temp act. i l 7. § 2 ff. d. cond. furt. l 21. § pen. ff. rer. amot.

rei(vid. ſupr. §. 23.) ſunt a, ut adverſus falſum tutorem b, menſorem c, tributoria d, de depoſito miſerabili e. Alias etſi de dolo contrahentis agatur, tamen heres ex contractu tenetur in ſolidum f.

43. De pœnalibus etiam certiſſima eſt regula: *Pœnales actiones ex maleficiis in heredem non dantur* g. Exceptio 1. niſi quatenus ad heredes pervenit. Turpia enim lucra heredibus ſunt extorquenda h. Exceptio 2. niſi lis cum defuncto ſit conteſtata i, hodie ſola citatione k. Exceptio 3. eſt juris Canonici l.

44. XI. Actio alia eſt Civilis, alia Criminalis, utraque definita m. Civilis ſubdividitur in petitoriam & poſſeſſoriam, illa de proprietate aliove jure extra poſſeſſionem datur, hæc de ſola poſſeſſione, & utiliter ante petitoriam inſtituitur n.

45. XII. Actio alia univerſalis eſt, alia ſingularis; illa de univerſitate

ad §. 1. Inſt. d. perp & temp. act. de quib. r. a. diviſ. 4. b *l 9. §. 1. ff. quod falſo tutore.* c *l. 3. §. pen. ff. ſi menſ. falſ.* d *l. 7. §. ult. ff. d. tribut. act.* e *l 1. §. 1. ff. depoſ.* f *l. 12. l 49. ff d. O. & A. l. 152. §. ult. d. R. I. l. 7. §. 1. ff. depoſ.* g *d §. 1 I. de perp & temp. act.* h *l. un C. ex del. def. l 5 ff d Cal* i *d. l un l. 164 d R. I l 26. ff. d. O. & A.* k *l. 33. ff. d O & A l ult. C. d. præſcript 30 ann l. 1. quand. lib princ oblat.* l *C. 5. X. d. rapt. & c ult x d ſepult.* m *ad tit ſupr. d oblig quæ ex del.* n *l 24 de R V.*

te datur, ut petitio hereditatis, ſive totius, ſive partis, familiæ erciſcundę, interdictum quorum bonorum, &c. hæc de rebus ſingulis datur, quibus & grex accenſetur a.

a *l.* 1. *ff. d. R. V.*

46. XIII. Actiones aliæ ſunt ſimplices, aliæ duplices, in illis alius actor, alius reus eſt, in his uterque actor eſt. Ut in actione finium regundorum, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, interdicto uti poſſidetis, utrubi, quæ etiam inde mixta judicia dicuntur b, quoad onus tamen probandi & alia pro actore habetur, qui prior ad judicium provocavit c, ſed cum ambo ſimul provocant, res ſorte diſcerni ſolet d.

b *l.* 37. §. 1. *ff. d. O. & A.* §. 7. *Inſt. de interdict.*

c *l* 13. *ff. d. judic.*

d *l.* 14. *eod.*

47. XIV. Actiones aliæ ſunt præparatoriæ, quæ aliis viam ſternunt, ut actio ad exhibendum e, & ſimiles aliæ principales, quibus via ita ſternitur.

e *l.* 1. & 2. *ff. ad exhib.*

48. XV. Actiones aliæ naſcuntur ex cauſis ordinariis, jure aliquo in re vel obligatione, quas Dd. nativas vocant, ut ſunt pleræque omnes: aliæ, quæ ita non naſcuntur, ſed ſingulari aliqua conſtitutione dantur, ut actio contra pupillum locupletio-

pletiorem factum a, quas dativas vulgo appellant, ut condictio ex l. in pacto donationis ſupra tit. 14. lib. 3.

Hæ ſunt potiores diviſiones.

a l 3. ß. Commod. l. 32. d. R. Cred.

Regulæ de cumul.

49. De cumulatione regula eſt: *Cumulatio eſt plurium actionum ſive unius ſive plurium rerum nomine competentium in eodem libello coacervatio, jure civili improbata* b, ſed jure Canonico c, nec non moribus noſtris admiſſa.

50. De Concurſu 2. Regula Ulpiani tenenda eſt d, *Quoties concurrunt plures actiones ejuſdem rei nomine*: h. e. ad eandem rem petendam: *una quis experiri debet.* Ratio eſt, quia una res quæ ſemel tantum debetur, nullo jure ſæpius exigi poterit; itaque pluribus ad hoc competentibus remediis unum eligendum eſt, à quo non datur regreſſus ad aliud e.

51. Hinc ſequitur 3. regula contraria: *Quoties plures actiones ad diverſas*

b *l.* 6. ff *d. except. rei jud.*

c *Cap. paſtor. & C. cum dilectus x de cauſ. poſſ & propr.*

d *l.* 43. §. 1. ff. *d. R. I.*

e *l.* 9. § 1. ff. *d. tribut. act. l.* 4. §. *ult ff quod cum eo &c.*

verſas res petendas competunt, alia aliam non conſumit [a]. Ratio eſt, quia unumquodque debitum ſolvendum eſt, unde nihil intereſt, an hæ actiones ex eodem facto, an ex diverſis, an contra eundem reum dentur. Sic ex eodem facto ab eodem reo ſcilicet fure recte petitur & res ablata, & pœna, concurrenti ad hoc & condictione furtiva, & actione furti. Non autem recte rei ablatæ nomine inſtitues & rei vindicationem & condictionem furtivam, quia ad idem tendunt & primam regulam ejuſque rationem offenderent [b].

a *l.* 130. *de R. I. §. ult. Inſt. ſi quad paup. l* 1. *C. Quand. Civil. act. crim. præjud.*

b §. *ult I. d. Obl. quæ ex delict. naſc.*

De Ceſſione act.

52. Reg. 4. *Ceſſio eſt actionum de perſona cui initio competebant in aliam tranſlatio*, eſtque alia *neceſſaria*, alia *voluntaria*. Neceſſaria, quam lex certis caſibus fieri jubet, quomodo 1. creditor cogitur cedere actionem fidejuſſori adverſus confidejuſſorem [c]. 2. Pupillus tutori contra contutorem [d]. 3. Fiduciarius fideicommiſſario [e]. 4. Coheredes coheredibus

c *l.* 17. *d fidej.*

d *l* 2. *C d. divid. tut.*

e *l.* 37 *ff. ad SCt Trebel.*

redibus facta diviſione [a], aliique aliis multis [b]. Voluntaria autem ceſſio eſt, quæ nulla legis neceſſitate, ſed mera voluntate cedentis fit, idque venditione vel aliis modis, quorum frequentiſſimus eſt mandatum, unde qui vulgo Ceſſionarius dicitur, Procurator in rem ſuam vocatur [c]. *Cedi autem poteſt omne jus* [d], *niſi vel perſonæ vel rei ſpecialis conditio impediat.* Quantum ad perſonas actio non recte ceditur. 1. Potentioribus [e], & majus privilegium habentibus [f]. 2. Tutoribus aut curatoribus adverſus pupillos vel adoleſcentes [g]. 3. Patri contra filium in poteſtate [h]. 4. Advocato aut Procuratori quota litis [i]. Quantum ad res regula eſt: *Quicquid non eſt tranſmiſsibile ad heredes non eſt ceſsibile* [k]. Res litigioſæ autem licet tranſmittantur, tamen non recte ceduntur [l]. Effectus ceſſionis eſt, quod is cui ceſſa eſt actio, eodem jure utatur, quo cedens [m]. Utilem tamen

[a] l. 2 §. fin. ff. fam. erciſc. [b] l. 5. ff. d. cenſib. l. 95. §. 10. ff. d. ſolut. l. 12. ff. de re jud. l. 25. §. ult. locat. l. 15. ad L. Aquil. l. 24. pr. d. minor. l. 27 §. 1. cod. l 2. C. per quas perſ. l. 16. §. ult. ff. d petit. hered. [c] l 25. fin. 33. § ult. ff de procur. [d] l. ult. C. de hered vend. [e] t. t C. ne lic. pot. [f] c. 2. x de alien. [g] Nov. 72 c. 1. [h] l. 7. ff d O. & A. [i] l 5. C. d. poſtul l. 15 C. d Procur [k] §. 1. Inſt. d perp & temp. act. junct. l 42. ff. d adminiſt tutor. [l] t t C. & ff d. litigioſ. [m] l. 23 ff. d. her. vel act. vend. l. 8. C. eod.

men tantum ſuo nomine habet actionem a.

53. Anaſtaſiana eamque extendens Juſtiniani conſtitutio, ceſſiones dato pretio non aliter fieri permittit, quam ut cui ceſſa fuerit, non plus conſequatur, quam dederit b.

54. Ultima regula de Actionibus eſt, quod *judex ſecundum naturam cujuſque actionis ſententiam ferre debeat* c.

a *l.* 16. *ff. d. pact.* *l.* 1. *C. d O.* & *A. l.* 7. & 8. *C. d. hered. vend.*
b *l.* 22. *l.* 23. *C. mand.*
c §. 2. & *ſeqq. Inſt. d. O. f. jud.*

Tractatus ſpecialis.

De Actionibus.

Videamus nunc ſpecies actionum & primo quidem in rem, deinde in perſonam & tertio mixtarum.

1. Ex jure in re ejuſque prima ſpecie Dominio Jure civili datur rei vindicatio & quidem primo ex Dominio pleniori directa. Secundo utilis ex Dominio utili Emphyteutæ & ſimilium : ſed & Prætor ex Dominio, quod fingitur acquiſitum, cum revera acquiſitum non ſit dat 3. Publicianam, nec non ex eo quod fingi-

ſingitur nunquam amiſſum, cum revera amiſſum ſit, 4. reſciſſoriam concedit. Idem Prætor etiam ex jure ſtatus triplicis tres actiones in rem præjudiciales admittit, quæ 7. ſpecies ſic deſcribuntur.

2. I. Directa rei vindicatio ex l. XII. tabb. datur domino vero [a], contra poſſeſſorem, qui hic accipitur pro quocunque detentore, qui rei reſtituendæ facultatem habet [b], utiliter etiam contra eum qui dolo poſſidere deſiit [c], nec non contra eum qui liti ſe obtulit [d], de quacunque re corporali [e], ad hoc ut actor iſtius rei declaretur dominus, Reus vero eam cum fructibus, & acceſſionibus reſtituere jubeatur [f].

3. Bonæ fidei tamen poſſeſſor quoſdam fructus lucratur, uti dictũ lib. 2. tit. 1. ſed etiam jure civili, non quidem actione, ſed exceptione doli oppoſita recuperat non tantum omnes omnino impenſas fructuum cauſa factas: fructus enim non intelliguntur niſi deductis impenſis [g], ſed & neceſſarias & regulariter utiles in rem factas [h]. Malæ fidei poſſeſſor neceſ-

a l. 23. pr. ff. d. R. V.
b l. 9. ff. eod.
c d l. 27 § 3. & l. 52. eod.
d l. 25. & ſeqq. eod.
e l. 1. 2. 3. eod.
f l. 13. 14 15. 20. & ſeqq. eod.
g l. 30. ff. pro Soc. l. 1. C. d. fruct.
h §. 30. § 33. Inſt d. Rer div. l. 27. § fin. & ll. ſeqq. l. 38. 48. ff. d. R. V.

neceſſarias, non utiles, deducit [a], voluptuarias uterque tollit quatenus abſque rei detrimento fieri poteſt [b], ſed repetuntur impenſæ, ſi fructus ante litem conteſtatam perceptos excedant alias compenſantur [c].

4. II. Ad imitationem directæ rei vindicationis, utilis rei vindicatio datur illis qui jus dominio proximum, quod docendi cauſa utile dominium vocant, habent, ut Emphyteuticario [d], & vaſallo [e], contra quemcunque poſſeſſorem, etiam contra ipſum directum dominum dd. ll.

5. III. Publiciana actio à Prætore Publicio data eſt illis, qui conditionem vel jus uſucapiendi habent, ſive qui rem à non Domino per traditionem vel quaſi ex juſto titulo & bona fide acceperunt, contra quemcunque poſſeſſorem, præter verum Dominum aliumve qui jus in re habet [f]. Unde non datur contra eum, qui etiam bona fide & juſto tit. traditum poſſidet; quia cum cætera paria ſunt, fortius eſt jus poſſeſſoris [g], hic autem actor potius jus habere debet.

a l. 5. C. d. t.
b l. 38. ff. d. t. l. 9 ff. d impenſ.
c l. 48. 65. ff. eod. l. 16. C. d Evict.
d l. 1. §. ult ff. ſi ag. vectig.
e 2. feud. tit. 8.
f §. 4. h.
g l. 9. § 4 in fin. ff d. publ in rem act.

6. Cæ-

6. Cæterum Publiciana actio rei vindicationi eſt ſimillima [a], in hoc tamen differunt, quod in Publicianã quoq; veniant res incorporales [b].

7. IV. Actio reſciſſoria ſuperiori contraria, ab eodem forte Prætore introducta, datur ei cujus res vere uſucapta eſt, adverſus eos, qui vel cum abſentes eſſent, per eos quos in poteſtate habent, rem præſentis uſuceperunt, nec ullum defenſorem reliquerunt quem convenire poſſet Dominus rei [c], quo caſu hodie aliud commodius remedium competit Domino rei [d]: vel cum præſens rem ex probabili cauſa abſentis uſucepit [e], ad reſcindendam uſucapionem & rem quaſi nunquam uſucapta eſſet cum omni cauſa reſtituendam [f]. Certum ergo eſt dari hanc actionem & in duplicem caſum & ob quamlibet probabilem abſentiam etiam ſtudiorum & mercaturæ [g], ſola malitioſa excepta, licet Tribonianus in §. 5. ſtrictius loquatur. Ipſa autem conceſſione hujus actionis continetur reſtitutio in integrum.

8. V. Præjudiciales actiones ſive præju-

a *l. 7. §. 6. ff. d. t.*
b *l. 11. §. 1. & ſeqq. eod.*
c *l. 21. §. 2. & 22. quib. ex cauſ. maj.*
d *l. 2. C. d. annal. except.*
e *l. 1. ff. eod. l. 18 C. d. poſtlim. reverſ. l. 24 C. d. R. V.*
f *§. 5. Inſt. d. act. l. ult. C. ex quib. cauſ. maj.*
g *l. 26. in fin. l. 28. ff. Ex quib. cauſis l. 9. l. 1. eod. Non obſtat l. 36.*

præjudicia[a], non inde dicuntur, quod aliis in ordine cognitionum præferuntur, neque quod aliis aliquando præjudicium faciant, quod utrumque multis commune eſt[b], ſed quod ex profeſſo inſtituuntur aliis præjudicii faciendi gratia, quodque id faciant etiam inter alias perſonas inter quas eadem quæſtio de ſtatu inciderit[c].

9. Prima autem ſpecies præjudicii eſt de ſtatu libertatis, unde actio ſive judicium liberale datur Domino adverſus ſervum, qui ſe liberum eſſe contendit: nec non ſervo ad libertatem proclamanti adverſus Dominum libertatem negantem, quæ actio fere civilis eſt, utpote ex SCto, à Prætore tamen multum aucta[d].

10. II. De ſtatu Liberti eſt, quæ à Prætore datur Patrono adverſus Libertum, negantem ſe eſſe Libertum, nec non Liberto adverſus Patronum, ſi actor ſe vel ingenuum dicat, vel ſaltem rei id contendentis Libertum ſe eſſe neget[e].

11. III. De jure familiæ eſt, quæ datur à Prætore vel Parenti contra filium

a *l. 18. d. prob. l. 1. §. 1. d. R. V.*

b *l. 5. §. 2. ff. l. ult. C. d petit. hered.*

c *l. antepen. d. ſtat. hom.*

d *§. 13. Inſt. d. act. l 33. ff d. liber. cauſ. l. 21. C. eod.*

e *§ 13. l. 14. ff. d. prob. l. ult. ff. ſi ingen. eſſe dic.*

filium ſe filium eſſe negantem, vel affirmantem: vel filio adverſus parentem ſe parentem eſſe negantem vel affirmantem [a].

11. Affinis huic eſt illa de partu agnoſcendo, quæ datur mulieri ſoluto matrimonio contendenti partum legitimum eſſe editum ex eo qui maritus fuit, adverſus maritum ad partum agnoſcendum, ſi vel uxorem ſuam fuiſſe, vel à ſe imprægnatam neget [b].

a *l.* 1. § 12. & 13. *l.* 5. *ff. d. agn. vel al. lib. d.* §. 13.

b *l.* 1. §. 11. *ff. de agnoſc. lib.*

12. Ex ſecunda ſpecie juris in re ſc. poſſeſſione dantur variæ actiones in rem, veluti interdictum quorum bonorum, uti poſſidetis, de quib. infra ad tit. d. interd.

13. Ex ſervitute naſcitur actio confeſſoria, cui contraria eſt negatoria.

14. Confeſſoria eſt actio civilis, quæ datur illi qui ſervitutem habet conſtitutam: non promiſſam: adverſus eum qui illam negat aut turbat, ad hoc; ut judex declaret actori ſervitutem illam competere, & reum condemnet ad præſtandum id quod intereſt ſervitutem non fuiſſe turbatam, nec non ad cavendum, ſervitutem

tem à ſe turbatum aut impeditum non iri [a].

a §. 2. Inſt. h. l 5 §. 1 & ult. ff. ſi uſufr. pet. l. 4. § 2 & 3 l. 7 l. 10. & 12. ff. ſi ſervit. vind.

15. Negatoria, eſt actio civilis, quæ non ex ſervitute conſtituta, ſed ex abſoluto & nulli ſervituti obnoxio dominio datur illi, qui res ſuas liberas eſſe aſſerit, contra illos, qui ſervitutem earum ſibi vindicant, ad id, ut res actoris declaretur libera, & reus condemnetur in id, quanti intereſt ſervitutem aſſertam aut libertatem turbatam non eſſe, nec non ad cavendum de non amplius aſſerenda ſervitute aut hoc obtentu turbanda libertate [b].

b d. §. 2. d. l. 5. ff. ſi uſufr. pet. l. 11. l 12. ff. ſi ſervit. vind.

16. In controverſiis rerum corporalium actio negatoria locum non habet, quia corpora non vindicat, qui ea poſſidet, cum poſſeſſio ſufficiat, indeque interdicta retinendæ poſſeſſionis competentia [c]. Uno tamen caſu eum qui poſſidet rem corporalem actoris partes obtinere ait Juſtinianus [d], neque tamen docet quis ſit ille unicus caſus. Illud conſtat, multis caſibus poſſeſſorem vicem & onera actoris ſuſtinere.

c l. 1. §. 6. ff. uti poſſid. § 4. Inſt. d. Interdict.

d d. §. 2. in fin.

17. Ex pignore ſeu 4. ſpecie Juris in re naſcitur actio Prætoria, Servia-

na,

na,quo etiam refertur Pauliana.Hæc autem ſpecies juris in re non tantum conſtituitur contractu illo re inito, quo poſſeſſio ad creditorem transfertur, de quo lib. 3. tit. 15. ſed etiam nudo pacto a, & teſtamento b, & denique ipſo jure c.

18. Serviana actio à Prætore Servio introducta & dicta datur locatori prædii ruſtici adverſus quemcunque poſſeſſorem, ad perſequendas res coloni penſionis aut damni nomine expreſſe obligatas d. Neque n. ipſo jure obligantur invecta & illata in prædium ruſticum e. nec non ad fructus tacite pignori obligatos f.

19. Ad exemplum hujus actionis introducta eſt quaſi Serviana, qua quilibet creditor pignus ſuum ſive hypothecam perſequitur, adverſus quemcunque poſſeſſorem, ut is rem pignoratam vel reſtituat, vel ſi reſtituere nolit, debitum pro quo pignoratum eſt, ſolvat g. Nota 1 quod quoad haſce actiones attinet, inter pignus vel hypothecã nulla ſit differẽtia h, niſi in nominis ſono; cum alias

M pig-

a *l. 1. pr. ff. d pign. & hypoth.* b *l. 26. d. pign. act. l. 1. ff ut leg vel fideic.* c *t. t. ff & C in quib. cauſ. pign. vel hypoth.* d § 7. *Inſt h. t.* e *l. 4 ff. in quib cauſ. pign. hyp. tac. contr.* *l 5. C. eod.* f *l. 7. ff. eod.*

g *d §. 7. l. 12. § fin. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv,* h *d §. 7.*

pignus proprie ſit; quod ad creditorem tranſit[a]. Unde & pignus plerumque rei mobilis eſt, hypotheca non[b]. Nota 2. quod ex conſtitutione Juſtiniani contra tertium poſſeſſorem ſuperiores actiones non dantur, niſi debitor principalis prius conventus ſit[c]. Nota 3. quod ſuperioribus actionibus ab extraneo bonæ fidei poſſeſſore 10. ann. inter præſentes, 20. inter abſentes[d], à malæ fidei poſſeſſore 30. ann.[e] ab ipſo debitore ejuſque herede 40. annis præſcribatur[f].

20. Actio Pauliana, de qua in §. 6. Inſt. h. l. 38. §. 4. ff. d. uſur. agitur, refertur inter actiones in rem & multis creditur ex pignore Prætorio dari[g]. Sed revera eſt in perſonam & naſcitur ex maleficio fraudationis; nonnunquam ex quaſi contractu, unde & in factum dicitur[h]. Datur enim creditoribus ad revocandum ea quæ in fraudem creditorum alienata ſunt: & quidem intra annum utilem, non ex die alienationis fraudulentæ, ſed venditionis bonorum decreto Magiſtratus factæ computandum

a l. 9. §. 2. ff. d. pignor. act.
b l. 238. d. V. S.
c auth. Hoc ita C. d. pignor.
d l. 1. & 2. C. ſi adv. cred. præſc. opp. l. fin. C. d. O. & A.
e l. 7. C. d. præſcr. 30 vel 40. annor.
f d l. 7. §. 1.
g per l. ult. C. d. Prætor. pign. l. 26. ff. d. pignor. act.
h l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred. adde l. 1. §. 26. ff. ſi quid. in fr. patr.

tandum [a]. Datur autem contra eum qui fraudis conſcius fuit, ſive lucrativo, ſive oneroſo tit. poſſideat [b]. Contra eum vero qui fraudis inſcius fuit, tum demum, ſi titulo lucrativo poſſideat fraudator [c]: ſi quædam ita diſperdidit, ut revocari nequeant nonnunquam convenitur ut pœnam ſuſtineat [d].

21. Atque hæ ſunt potiores ſpecies actionum in rem, ſequuntur in perſonam. Quando autem actiones civiles, tam ex contractibus, quam quaſi contractibus, tam ex delictis, quam quaſi delictis ſupra expoſitæ ſint, videndæ ſuperſunt Prætoriæ, tum ex conventione, ſive propria ſive aliena, tum ex delicto ſive proprio, ſive alieno; & quidem ex conventione propria, naſcitur actio de conſtituta pecunia, de jurejurando: ex conventione vero alterius, qui vel negotia in noſtram utilitatem geſsit, unde actio de in rem verſo, vel qui noſtra voluntate contraxit, ſive expreſſa, unde actio quod juſſu, ſive tacita & præſumpta, non ſolum ex commiſſione officii, unde actio exercitoria & inſtitoria, ſed & con-

a *l. 6. §. ult. l. 10. §. 18 ff. quæ in fraud. cred.*
b *d. l. 6. §. hoc edicto l. 1. pr. ff eod.*
c *l. 5. C. eod.*
d *d. l. 1. pr. l. ult. §. ult. eod.*

ceſſione peculii. Unde actio de peculio & tributoria, de quibus ordine agendum.

22. Actio de conſtituta pecunia naſcitur ex nudo pacto à Prætore ita firmato, daturque illi, cui ſic ſine ſtipulatione promiſſum, adverſus eum qui ſic promiſit, quod vel ipſe vel alius ſive naturaliter ſive civiliter debebat (non tamen mere civiliter) [a]. Quanquam autem ex his conſtet conſtitutum à fidejuſſione plurimum differre; conveniunt tamen in nonnullis, veluti quod uterque promittens non poſſit in majorem ſummam obligari [b], quod uterque iiſdem gaudeat beneficiis,

23. Quantum ad actionem ex jurejurando, videndum primo quid & quotuplex illud ſit.

24. Iusjurandum eſt religioſa aſſeveratio, quæ fit Deo teſte, cum execratione noſtri ſi fallamus: quod ratione multiplicis finis & uſus etiam multiplex eſt; aliud negotii non improbati confirmandi [c], aliud religionis injiciendæ gratia, Celebriores ſpecies ſunt quæ fiunt litis decidendæ cauſa, ut, 1. *voluntarium*, 2. *judiciale*

a *l.* 3. §. 1. *ff. d conſt. pec. vid. l.* 1. *pr. &* § 6. *eod.* §. 9. *Inſt. d act.*

b *l* 11. *ff. d conſt. pec.*

c *l.* 5. *C d. LL.*

ciale & 3. *neceſſarium.* Voluntarium eſt, quod pars parti defert extra judicium, per modum conventionis aut tranſactionis [a]. Judiciale eſt, quod pars prius jurans ſe id calumniæ cauſa non facere, ſi deſideretur [b], defert parti in judicio, quod vel præſtandum vel referendum eſt, niſi quis ſolvere malit [c]. Neceſſarium eſt, quod judex in cauſis dubiis, judicio jam cœpto, defert nunc reo, nunc actori [d]. Neceſſarium autem & judiciale vices probationis gerunt, nam & his præſtitis ſententia nihilominus fertur, quæ ſi in rem judicatam tranſierit, rei judicatæ actio locum habet [e].

25 Ex voluntario autem jurejurando datur actio Prætoria ei qui deferente adverſario juravit, aut cui jurare parato remiſſum eſt jusjurandum adverſus eum qui jusjurandum detulit, ad præſtandum id quod ſibi deberi juravit [g], quo jurejurando præſtito non amplius quæritur an debeatur, ſed tantum an juratum ſit [h]. Eſt autem hæc actio adjectitia qualitas nunc actioni in rem, nunc in perſonam accedens; ipſa ta-

a *l.* 17. *pr. l.* 39 *ff. d. jurejur.*
b *l.* 34. §. 4 *ff. eod.*
c *l.* 34. §. 6. *l.* 38 *eod.*
d *l.* 31. *ff. eod.*
e *l.* 31. *l* 34 *in fin. eod.*
f *l.* 5. §. *ult l.* 9. §. 1. *ff. de jurej.*
g §. 11.
h *l* 28. *in fin. ff de jurej.*
h *d.* §. 11.

men manet perſonalis ex conventione, nec priorem actionem abſorbet [a].

26. Actio de in rem verſo eſt condictio Prætoria, quę datur iis qui cum filiofam. vel ſervo contraxerunt. contra patrem vel Dominum, in cujus rem verſum, h.e. neceſſario vel utiliter impenſum eſt, licet filius vel ſervus prorſus nullum peculium habuerit, nec juſſus patris dominive intervenerit, neque res in quam verſum eſt, amplius extet [b]. De voluptuariis impenſis non datur, ſed illi auferuntur à creditore, quatenus ſine rei detrimento fieri poteſt [c].

27. Actio quod juſſu eſt actio Prætoria quæ datur illis qui cum filiofam. vel ſervo contraxerunt, contra patrem Dominumve cujus juſſu negotium celebratum eſt [d]; juſſus autem an verbis, an per epiſtolam, an generaliter, an ſpecialiter, an tacite, an expreſſe fiat, nihil intereſt, nam jubendi modus non differt à mandato, quod ſolo conſenſu contrahitur [e]. In eo autem differunt, quod mandatum ad extraneos pertinet, quibus libe-

a l 7. §. 7. ff d. public. in rem. act. l. 9. §. ult. & ſeqq ff. d. jurejur.

b § 4. Inſt. quod. cum eo qui in al pot

l. 3 § 7 & 8. l. 5. ff d. in rem verſ.

c d. l. 3. §. 4.

d §. 1. Inſt. quod cum eo qui in al. pot.

e l. 1 § 3. 4. ff quod juſſ. l 3 C quod. cum eo qui in al. pot.

liberum eſt id non ſuſcipere, juſſum ad filios & ſervos, qui juſſum recuſare non poſſunt, unde porro aliæ etiam differentiæ ſunt.

28. Exercitoria actio eſt condictio Prætoria, quæ datur iis, qui cum Magiſtro navis, vel Pro-magiſtro ejus contraxerunt, de rebus ad Magiſterium ejus pertinentibus, adverſus exercitorem navis ad præſtandum quod ex contractu Magiſtri actori debetur a.

29. Exercitor autem is appellatur, ad quem quotidianus navis quæſtus pertinet b. Magiſter eſt, cui totius navis cura commiſſa eſt. Promagiſter quem Magiſter ſui Magiſterii vicarium præfecit ignorante Domino c. Navis autem intelligitur ſive marina, ſive fluviatilis, ſive ſchedia een Houtvloot d.

Sed etſi plures ſint exercitores, ſinguli jure civili (non gentium, aut moribus) tenentur in ſolidum e. Tenetur autem ex ſola præpoſitione, etſi creditor non probaverit debitum in rem debitoris verſum eſſe f. Neque tamen exercitor ex contractu Magiſtri cum aliis agit, cum

a §. 2. *l quod cum eo qui in al. pot.*
l. 1 § 5 6.7. *d. exerc*
b *d* §. 2.
c *l.* 1. §5 *ff. d exercit act.*
d *d l.* 1. § 6.
e *l* 1. *S. ult. ff. eod.*
f *l.* 7. *ff. eod.*

a l. 1. §. 18. ff. eod. b l. 1 § 17. ff. eod. c d. §. 2. Inſt. quod cum eo qui in al. pot. l. 1 § ult l. 5. §. 1 & ſeqq. l. 6. ff. d Inſt act. d l. 3. ff eod. e l 5. l. 7. l. 8. eod. f l 3. l. 5. §. 1. & ſeqq. ff. eod. g §. 4. Inſt. quod cum eo &c. l. 14. ff. de neg. geſt l. 32. § 1. ff. de pecul.

hæc actio contraria non ſit a, niſi quandoque extra ordinem. Cæterum eſt etiam in arbitrio creditoris an exercitorem exercitoria, an Magiſtrum directa actione convenire velit b.

30. Inſtitoria actio eſt condictio Prætoria, quæ datur iis, qui cum Inſtitore contraxerunt, de rebus ad negotium ejus pertinentibus; adverſus præponentem, ad id, quod ex contractu inſtitoris actori debetur c. Inſtitor dicitur, qui negotiis terreſtribus gerendis inſtat d, qualis etiam poteſt eſſe ſervus, ancilla, puer, puella, impuberes, &c. e. neque intereſt an univerſali negotiationi, an tabernæ, an alii præpoſitus ſit f. In pleriſque autem hæc actio ſimilis eſt ſuperiori.

31. Actio de peculio, eſt condictio Prætoria, quæ datur iis, qui cum filiofam. vel ſervo contraxerunt, adverſus patrem vel Dominum, quamvis ipſis contradicentibus, aut ignorantibus contractum ſit, ad præſtandum id quod actori ex contractu debetur, quatenus ex peculio præſtari poteſt g. Datur autem hæc actio tantum

tantum de peculio filii profectitio & minus pleno adventitio, cujus ſcil. pater uſumfructum & adminiſtrationem habet [a]. De Caſtrenſi & pleno adventitio ipſe filius tenetur [b].

32. Eſt autem hæc actio in rem ſcripta & datur contra quemcunque poſſeſſorem peculii [c].

33. Extincto peculio hæc actio annalis eſt contra patrem dominumve [d], alias poteſt eſſe perpetua, ſi principalis, cujus eſt adjectitia qualitas, ſit perpetua.

34. Tributoria actio eſt condictio Prætoria, quæ datur iis qui cum filiofam. vel ſervo contraxerunt, adverſus patrem Dominumve, ſi ſciverint ſervum filiumve in merce peculiari negotiari, ad mercem illam pro rata inter patrem Dominumve ſi quid iis debeatur cæteroſque creditores diſtribuendam, quandoque ad inique factam diſtributionem corrigendam [e].

35. Cæterum pro re nata poteſt expedire creditoribus, nunc de in rem verſo, nunc de peculio, nunc aliter agere, quare videant ut optimum genus actionis eligant, cum

a *l. 6. C. d. bonquæ lib.*
b *v. ſupr. tit 9. lib. 2.*
c *l. 27. § 2 ff. de pecul.*
d *l. 1. § 3. ff. quand. d. pec. act. annal.*
e *§. 3. Inſt. quod cum eo &c.*

facta ſemel electione unius actionis non detur regreſſus[a]. Sic fuere actiones Prætoriæ ex conventione tam propria quam aliena, ſequuntur ex delicto proprio & alieno.

a l. 9. ff. d. tribut. act.

36. Actiones Prætoriæ ex delicto proprio variæ in jure occurrunt, velluti 1. de albo corrupto. 2. de in jus vocando. 3 de in jus vocato vi exempto, quæ hoc tit. potiſſimum celebrantur & aliæ innumerabiles[b].

b §. 12. d act.

37. Actio de Albo corrupto eſt condictio Prætoria popularis, quæ datur contra eum, qui id quod in albo propoſitum eſt jurisdictionis perpetuæ cauſa, delevit, corrupit, ad pœnam 500. aureor. actori ceſſuram[c]. Si plures corruperint, ſinguli in ſolidum tenentur, nec unus ſolvens alios liberat[d].

c l 7. ff d. juriſd.
d d l 7 §. 5 & ſeq

38. Actio de in jus vocando, eſt condictio Prætoria. quæ datur Parentibus, utriuſque ſexus naturalibus & adoptivis, nec non Patronis & omnibus quibus reverentia debetur, ſine venia Prætoris a liberis, libertis aliiſque reverentiam debentibus in jus vocatis, ad pœnam 50. aureorum actoribus ceſſuram[e], idque ob

e l 12. ſen & ult. ff d in jus voc.

ob violatam reverentiam.

39. Actio de in jus vocato vi exemto eſt Condictio Prætoria, quæ datur illi qui vocavit aliquem in jus, adverſus eum, qui vocatum violenter exemit, aut venire impedivit: ad id quanti ea res eſt, ab actore jurejurando in litem æſtimata a.

40. Quantum pertinet ad actiones quæ non ex delictis propriis ſed alienis naſcuntur, Prætor largitur non tantum actiones noxales ex delictis ſervorum, ſed & de pauperie beſtiarum, quæ tamen originem habet ex ll. XII tabb.

41. Actio noxalis eſt condictio Prætoria, quæ datur iis, quibus per privatum delictum ſervi nocitum eſt, adverſus Dominum, licet ignoraverit, vel etiam prohibuerit delictum, (alias noxalis non eſt, ſed ipſe quoque conveniri poteſt b) ad hoc ut ſervum noxæ i. e. pœnæ dedat vel damnum ſarciat c.

42. Noxalis autem actio ſemper caput ſequitur d, ideoque etſi hæc actio ſit ex delicto perſonalis, hactenus tamen etiam eſt in rem ſcripta & con-

a *l. 5. ne quis eum qui in jus voc. &c.*

b *l. 2. 3. 4 ff. d. nox. act.*

c *t. t. Inſt de noxal. act.*

d *§. 5. Inſt. d. t.*

& contra bonæ fidei poſſeſſorem datur[a].

Cæterum poſt manumiſſionem ipſe ſervus directo convenitur ex delicto[b], ſed & ante manumiſſionem criminaliter extra ordinem accuſari poteſt[c].

Filiorum nomine hæc actio hodie non datur adverſus patrem, ſed ipſi ex delictis conveniuntur, & ſi non habeant in ære, luunt corpore[d].

43. Actio de pauperie eſt etiam noxalis ex XII. tabb. quæ datur iis, quibus pecus h.e. brutum quod gregatim ſub paſtoribus paſcitur, ut oves, boves, ſues, &c. quadrupes, utiliter datur etiam cum bipes vel fera beſtia, quæ in dominio noſtro eſt[e], pauperiem fecit, contra naturam ſui generis, ſine inſtigatione (alias inſtigator ex delicto teneretur)[f]. adverſus dominum animalis, ad illud noxæ dedendum damnumve reſarciendum[g].

44 Eſt autem pauperies damnum ſine injuria facientis datum, cum brutum, quod juris capax non eſt, injuriam facere non poſſit[h].

45. Æ-

a *l.* 11. *l.* 13. *ff. d noxal. act. l.* 27. § *fin ff. d R V.*
b § 5. *Inſt. h. t.* 4. *C. an ſerv. pro ſuo fact.*
c *l ult. ff. d. priv. del.*
d § *ult. Inſt. h t.*
e *l. ult. ff. d. in jus voc.*
f *l.* 1 § 1. *ſi quadr. paup. fec*
f *l* 1 § 7 *ff. eod*
g *pr. tit. Inſt ſi quadr. paup.*
h *pr. Inſt d. t. l.* 1 *ff. eod.*

45. Ædilitia etiam de pauperie datur actio, quæ eſt condictio honoraria, quæ competit contra illos, qui canem, verrem, lupum, aliave nocitura animalia, ſive ſoluta ſive ligata circa locum publicum, aut ubi nocere poſſunt, habent, & quidem in ducentos ſolidos, ſi homo liber perierit, ſi ei nocitum ſit, in arbitrariam ſummam, de cæterarum rerum damno in duplum a.

46. Cæterum hæ actiones Prætoriæ plerumque ſunt adjectitiæ qualitates uti dictum ſupr. diviſ. 7.

47. Atque ſic viſæ ſunt celebriores ſpecies actionum tam ex jure in re, quam ad rem, ſunt etiam mixtæ ex utroque jure, ut 1. actio familiæ erciſcundæ 2. Communi dividundo. 3 Finium regundorum, & 4. Petitio hereditatis, quæ eſt vel directa vel fideicommiſſaria, vel poſſeſſoria, ſive Prætoria b; hæ autem partim naſcuntur ex obligatione, partim ex dominio vel jure in re: iiſque partim res vindicatur, partim præſtationes perſonales condicuntur.

48. Actio finium regundorum eſt actio civilis, mixta, in rem & perſonam

a l 40. & ſeqq. ff. d. ædil. edict. §. ult. Inſt. ſi quadr.

b §. 20. Inſt. d. act. l. 7. C. d. petit. her.

nam, ſtricti juris, quæ datur inter confines prædiorum ruſticorum, ut fines commoda agrorum diviſione regantur, atque adeo actori ſuus ager & limes ſalvus ſit, & quod ipſi turbati aut regundi limitis cauſa abeſt, à reo præſtetur [a]. Durat hæc actio 30. annos [b].

49. Petitio hereditatis directa eſt actio civilis, mixta, bonæ fidei [c], quæ datur illi, qui jure civili veteri vel novo, per ſe vel per alium, heres eſt factus [d], adverſus eum qui pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet, quive dolo poſſidere deſiit, ut actor declaretur heres [e], reus vero hereditarias res, licet ſit res minima [f], & quæ ſunt periculo hereditatis ei reſtituat [g], cum omnibus acceſſionibus & augmentis ipſius hereditatis [h]. Quantum ad fructus & impenſas, videtur eſſe differentia inter rei vindicationem & petitionem hereditatis. Nam in hac quoque bonæ fidei poſſeſſor fructus conſumtos reſtituit, ſi inde locupletior ſit factus [i]. Contra impenſas voluptuarias hic quoque deducit [k], quod utrumque in

a l. 2. & 3 ff. fin reg.
b l ult. C fin reg.
c §. 28. d. act.
d l. 1. 3. 10. C. d. pet. hered.
e l 9. §. 1 l. 10. ff ſi pars hered. pet.
f l 9 & ſeqq ff de pet.
g l. 18. 19. ff. d. pet. hered.
h l. 10. §. 3 ff. eod.
i l. 25. §. 11. l. 40. §. 1. ff. d. petit. her.
k l. 39. §. 1. ff. d. petit her.

in rei vindicatione ſecus eſſe ſupra dictum eſt.

50. *Pro herede* autem poſſidet, qui ſive ſciens & mentiens, ſive ita putans ſe heredem eſſe, vel bonorum poſſeſſorem, vel fideicommiſſarium, cum non ſit, poſſidet: *Pro poſſeſſore* poſſidet prædo, qui interrogatus cur poſſideat, aliud non reſpondet, quam quia poſſideo, nullum titulum, ne quidem per mendacium obtendens [a].

51. Hoc vero ſingulare eſt in hoc judicio, quod reus hic tenetur edere titulum poſſeſſionis ſuæ [b].

52. Fideicommiſſaria hereditatis petitio eſt actio civilis, nititur enim SCto Trebelliano, mixta bonæ fidei, quæ datur ei cui hereditas reſtituta eſt ex fideicommiſſo, ſive re, ſive verbis, ſive epiſtola [c], contra eum qui pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet [d], ad eundem effectum, qui eſt directæ hereditatis petitionis. Fiduciarius autem hac actione non convenitur ut reſtituat fideicommiſſum ſed actione ex teſtamento, ſi hereditatem adiit, ſi non adiit, implorandum officium judicis, ut is eum cogat adire [e].

53. Poſ

a *l.* 11. & 12. *ff eod.*

b *l.* 11. *C. l.* 12. *ff. d. pet. hered.*

c *l.* 37. 63. *ff ad SCtum Trebell.*

d *l.* 2. *l.* 3. §. 2. *ff d. fideic. hered. petit.*

e *l.* 4. *l.* 14. § 4. *l.* 71. *ff. ad SCt. Trebell.*

53. Poſſeſſoria hereditatis petitio eſt actio Prætoria, mixta, bonæ fidei, quæ datur illis, quibus ex Edicto Prætoris conceſſa eſt bonorum poſſeſſio, adverſus eum qui pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet, ad eundem effectum, quem habet civilis hereditatis petitio [a]. Unde multum differt ab interdicto quorum bonorum, quod de poſſeſſione tantum datur, de quo infra dicetur.

[a] l. 1. & 2. ff. d. poſſeſſ. hered. pet.

Tit. VII.

Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicatur.

1. Hoc titulo Imp. Iuſtinianus ſpeciatim proponit actiones ex conventione aliena; veluti exercitoriam inſtitoriam, quod juſſu, de in rem verſo, de peculio & tributoriam, quæ ſupra deſcriptæ ſunt: & quia illæ ſæpe dantur ex conventione filiorum, ſimul hic agit de SCto Macedoniano.

2. Regula quidem eſt quod *filiusfamilias ex omni cauſa obligatur ut paterfamilias* [b]: ab ea tamen excipitur

[b] l. 39. ff. d. O. & A.

pitur 1. cauſa *voti* [a]. & 2. cauſa *mutui* per Senatuſconſultum Macedonianum, quod ob mutuam pecuniam filiofam. datam actionem petitionemque denegat [b].

a l. 2. §. 1. ff d. poll. & vot.

b l. 1. ff. ad SC. Maced. § 7. h.

Tit. VIII.

De Noxalibus Actionibus.

Tit. IX.

Si quadrup. pauperiem feciſſe dicatur.

His titulis Iuſtinianus proponit actiones ex delicto alterius nec non ex pauperie quæ naſcuntur in tractatu ſpeciali actionum deſcriptas, n. 37. & ſeq.

Tit. X.

De iis per quos agere poſſumus.

1. Cui competebat actio, is olim neceſſe habebat illam per ſe exercere. Paucis tantum caſibus exceptis, ſcil. cum pro populo, pro libertate, pro tutela, nec non pro nonnullis abſentibus ageretur, alieno nomine agere permiſſum erat [c]: quod cum valde incommodum eſſet, cœpit per procuratores litigari [d].

c pr. h.

d d. pr.

2. Eſt autem Procurator in genere, qui aliena negotia mandato Domini adminiſtrat [e]. Hoc autem loco

e l. 1. ff d. procur.

loco ſpecialius accipitur pro eo, qui negotia judicialia mandato Domini adminiſtrat a. Prohibetur autem adminiſtrare, 1. Fœmina b, niſi in rem ſuam c. 2. Miles d. 3. Servus e. 4. Potentior f. 5. Mutus & ſurdus g. 6. Furioſus h. 7. Reus criminis i. 8. Minor 17 annis k. Iure Canon. minor 25. annis l. 9. Infamis jure Canon. m, non civili n.

3. Cæterum Procurator regulariter in cauſis civilibus & criminalibus admittitur, ſed in cauſis criminalibus capitalibus nec actori nec reo permittitur o.

4. Procurator autem differt à Syndico. Defenſore & Advocato.

5, Syndicus enim eſt cui ab Univerſitate univerſa negotia mandata ſunt p.

6. Defenſor eſt, qui reum ſine mandato in judicio defendit q

7. Advocatus eſt, qui deſiderium amici ſui in jure apud eum qui

a l. 1. ff. d. procur. b l. 41. 54. ff. de proc. c l. 4. C. eod. d l. 7. l. 13. C. eod. e l. 6. C. de judic. f l. 1. & 2. C. ne liceat. potent. g l. 43. ff. de procur. h l. 2. § 1 ff. eod i l. 6 C. eod k § 5. Inſt quib ex cauſ. man. l c. 5. d procurat in 6 m c. 1. & 2 cauſ 3. q. 7. n § ult Inſt. d. except o l. pen § 1 ff d publ jud. l. 1 ff an per al. cauſ. appel. l . . d. requir. reis. p l. 1. § 1. & 2. ff quod, cujuſque univerſ. q l. 43. § ult. l. 46. § 2. l. 76. d. procurat.

qui juriſdictioni præeſt, exponit, vel alterius deſiderio contradicit a.

8. Procurator mandato conſtituitur. Advocatus precibus aditur. Illi Dominus ſum, huic ſuſceptus vel cliens: ille ſatiſdat b, hic non: ille fit Dominus litis lite conteſtata c, hic non: illi nullum ſtudii tempus præfinitum eſt: huic quinquennium d.

a *l.* 1. §. 2. *ff d. poſtul.* b §. 3. *I. d ſatiſd.* c *l.* 22. *C d. procur.* d *l.* 5. §. 4. *C. d. advoc.*

djverſ. jud.

Tit. XI.

De Satiſdatione.

Sive perſonæ principales actor & reus ipſi, ſive per procuratores aut defenſores litigent, judicii firmandi cauſa præſtanda eſt cautio.

1. Cautio autem vel 1. eſt fidejuſſoria, quæ ſpecialiter dicitur ſatisdatio e, quæ regulariter ab omnibus præſtanda eſt, niſi ſpecialiter alicui vel nuda promiſſione, vel pignoribus, vel juramento cavere permittatur f, vel 2. fit pignoribus, quæ

e *l.* 1. *ff. qui ſatiſd. cog. l.* 7. *ff. d. prætor. ſtip. l.* 9. § 3. *d pignor. act* f *l.* 15. *& ſeq. ff qui ſat. cog.* g *l.* 49. *in fin. ff d. ſolut. l.* 1. §. 9. *ff. d. Collat. bon.*

quæ dari ſolet cum fidejuſſores idonei inveniri nequeunt, vel 3. fit jurejurando, quod jusjurandum præſtare ſufficit viris illuſtribus & ſpectabilibus[a], nec non aliis fide dignis, ſi hi fidejuſſores aut pignora invenire nequeant[b], vel denique 4. nuda promiſſione[c], cui relinquuntur, qui immobilia poſſident in territorio ejus Magiſtratus, ſub quo litigatur[d].

2. Cæterum de cautionibus in judicio faciendis aliud ſtatuit jus vetus, aliud jus novum t. t. h.

3. Actor jure noviſſimo ſi ipſe agat, ſatiſdat, 1. ſe intra duos menſes à tempore exhibiti libelli litem conteſtaturum, eamque ad exitum perſecuturum[e], 2. ſe expenſas ſoluturum[f].

4. Procurator actoris ſi legitimum mandatum habeat, non cogitur ſatiſdare[g]; ſi autē de mādato dubitetur, dominum ratum habiturum cavere cogitur[h]: ſi certum ſit ipſum prorſus nullum habere mandatum, non admittitur, niſi ſit actori conjuncta per-

a *l. 17. C. d. dignit. l. 12. C. d. prox. ſacr. ſcrin.* b *auth generaliter C. d. Epiſc. & Cler.* c *l. 6. ff. ut legat.* d *l. 15. ff qui ſatiſd. cog.* e *auth. libellum C d. lit. conteſt Nov 96 c. 1.* f *auth generaliter C. de Epiſc. & Cler.* g *l. 65. ff. d. procur.* h *§ 3. h. t. l. 1. C. d procur.*

perſona, quæ tunc cum cautione de rato admittitur a. a *l.35. ff. d. procur. l.21. C. eod.*

5. Reus hodie ſi ipſe excipiat actionem, cavet tantum judicio ſiſti, i. e. ſe permanſurum in judicio uſque ad finem litis b. b *§. 2. h.*

6. Procurator rei præſentis non ſatiſdat, uti nec Procurator actoris, ſed ipſe reus pro illo cavet 1. judicatum ſolvi 2. judicio ſe ſtiturum tempore recitandæ ſententiæ c. c *§. 4. h. t.*

7. Procurator vero rei abſentis, judicatum ſolvi ſatiſdat; etſi mandatum habeat d, ſed & ſine mandato admittitur defenſor e, dummodo judicatum ſolvi caveat: nam ſecundum regulam veterem; *Nemo alienæ rei idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur* f. d *§. 5.* e *l. 76. ff. d. procur.* f *d. §. 5. h.*

Cæterum ex ipſo judiciorum uſu, quo hæc omnia non ita præciſe ſervantur, plenior cautionum cognitio haurienda eſt g. g *§. 6. h.*

Tit. XII.

De perpetuis & temporalibus actionibus, & quæ ad heredes & in heredes tranſeunt.

Actiones civiles, ſorte ex lege, Senatuſconſulto vel conſtitutioni-

tionibus Principum deſcendentes, olim ita perpetuæ erant, uti ipſæ leges, quæ tempore nullo exſpirabant; poſtea tamen publicæ utilitatis cauſa, ut litium aliquis eſſet finis, certi fines actionũ conſtituti ſunt a. Unde hodie ipſæ perpetuæ actiones 30. vel 40. annis exſpirant: aliæ temporales brevius tempus vivunt: aliæ ad & in heredes tranſeunt, aliæ non: de quibus certæ regulæ propoſitæ in tract. ſpec. de act. num. 36, & ſeqq.

a *pr. Inſt. h.*

Tit. XIII.

De Exceptionibus.

Exceptio eſt actionis jure competentis excluſio b.

2. Eſtque 1. alia civilis, quæ ex civili, alia Prætoria, quæ ex Prætorio jure deſcendit c. Omnium autem exceptionum æquitas naturalis eſt d.

b *pr. h. l. 2. pr. ff. eod.* c *§. 7. h.* d *§. 1. & ſeq. h.*

3. 2. Alia exceptio eſt perpetua & peremptoria, quæ ſemper agenti obſtat, & ſemper rem de qua agitur perimit, ut exceptio doli mali, metus, de non petendo, jurisjurandi, tranſa-

tranſactionis, erroris, non numeratæ pecuniæ, liberationis legatæ, rei venditæ, quæ venditori objicitur, & ſimiles[a]: alia eſt temporalis & dilatoria, quæ ad tempus nocet[b]. ſive quæ differt & ſuſpendit tantum actionem, atque hæ exceptiones vel reſpiciunt 1. ipſam cauſam ſive actionem. 2. vel perſonas judicium conſtituentes, vel 3. locum, tempus ſimileſque circumſtantias judicii, vel 4. modum procedendi.

a §. 1. 2. 3. 6. 9. *h.*
b §. 10. *h.*

4. 1. Ipſam cauſam reſpicit 1. exceptio pacti de non petendo intra certum tempus, ſive plus petitionis, quæ tamen fuit olim fere peremtoria, cum plus petens ſive re, ſive tempore, ſive loco, ſive cauſa, tota cauſa ceciderit. Hodie vero ex conſtitutione Zenonis actor tempore plus petẽs cogitur reliquas inducias conduplicare reo, iiſque finitis non ante auditur, quam ſumtus omnes prioris litis refuderit, ſi aliter plus petierit actor ex conſtitutione Iuſtiniani in triplum pluris petiti condemnatur[c].

5. Cauſam etiam reſpicit exceptio

c §. 10. *h* §. 33. *Inſt.* *d. act.*

ptio reſcripti moratorii [a]. Exceptio ordinis fidejuſſori data [b], item beneficii, quod vulgo vocant competentiæ, quæ exceptio etiam poſt rem judicatam opponi poteſt [c].

6. 2. Perſonæ judicium conſtituentes ſunt vel principales, ut actor, reus, judex, vel minus principales ut Procuratores & aliæ. Ratione judicis datur exceptio fori non competentis [d], judicis ſuſpecti [e], non idonei [f].

7. Ratione actoris vel rei, excipitur, ſi forte non habeant legitimam perſonam ſtandi in judicio [g]. Vel ſi actor veniam non impetravit, quam debuit [h].

8. Ratione Procuratorum, ſi non habeant ſufficiens mandatum, vel ſi nequeant eſſe Procuratores.

9. 3. Ratione circumſtantiarum judicii datur exceptio loci non tuti, temporis anguſtioris, feriarum & ſimilium.

10. 4. Ratione modi procedendi, datur exceptio modi, ſtyli, ordinis non obſervati, &c.

11. Ex-

a *l. 2. C. d. precib. imp. offer.*
b *Nov. 4. c. 1.*
c *l. 8 l. 9. ff. d. condict. ind. § 36 & ſeqq. Inſt. d. act.*
d *l. ult. C. d. except. c 7. x. d. except.*
e *l. 16. l. ult C d. judic.*
f *l. 12 §. 2 ff. d. judic*
g *l. 2. & t. t. C. qui legit. perſ. ſtand.*
h *l 2. 4. l ult. ff. de in jus voc.*

11. Exceptiones autem dilatoriæ quæ judicium ipſum concernunt, regulariter ante litem conteſtatam ſunt opponendæ & diſcutiendæ a, niſi ſint tales quæ reddunt judicium retro nullum b, aut poſt litem conteſtatam demum notæ fiant c.

12. Peremtoriæ olim quoque in ſtricti juris judiciis formulæ includi adeoque ante litem conteſtatam proponi debebant: ſed formularum uſu antiquato ante litem conteſtatam allegandæ, poſt probandæ erant d.

13. Hodie exceptiones peremtoriæ tam ante, quam poſt litem conteſtatam proponuntur indiſtincte e, regulariter poſt litem conteſtatam probantur. Hæ vero quæ litis conteſtationem impediunt, ante proponendæ & probandæ, velut rei judicatæ, ſolutionis factæ, jurisjurandi, tranſactionis, &c. quædam etiam poſt ſententiam ad impediendam executionem recte proponuntur, uti Senatuſconſulti Vellejani, & Macedoniani f, diviſionis, compenſationis, &c.

14. Exceptiones etiam quædam

N ſunt

a *l pen. & ult. C d. except.*
b *l 24. C. d. procur.*
c *c. 4. x. d. except.*
d *l 8. C. h. l. 9. C. d. præſcript. long. temp. l. 2. C. ſententent. reſcindi non poſſ.*
e *l. 4. 8. 9. C. d. except. c. 1. de lit. conteſt.*
f *l. 11. ff ad SC. Maced.*

ſunt in rem, quæ rei cohærent, quædam perſonales, quæ perſonæ debitoris cohærent, nec fidejuſſoribus aut heredibus ejus dantur [a].

15. In rem ſunt rei judicatæ, doli mali, jurisjurandi, quod metus cauſa, pacti, Senatuſconſulti Vellejani, Macedoniani [b],

16. Perſonales ſunt exceptio beneficii competentiæ [c], pacti perſonalis [d].

17. Mixta eſt exceptio minoris ætatis [e].

18. Cæterum nemo prohibetur uti pluribus exceptionibus [f], neque tempore actionibus præſcripto extinguuntur exceptiones, quia non eſt in póteſtate rei excipere cum vult [g].

a §. 4. I. d. replic. b l. 7. §. 1. l. 19. ff. d. except. l. 17. §. 5. l. 18. & ſeq. ff. d. pact. l. 12, & ſeqq. ff. d. except. rei jud. l. 9. §. pen. ad SC. Maced. l. 16. §. 1. ad SC. Vellej. c l. 12. & ſeq ff. ſolut matrim. d l. 22. & 25 §. 1. ff. d pact. e l. 18 fin. & 19 pr. ff d. minor f l. 5. ff. h l 43. d. R. I. g l. 5. in fin. ff. d, dol. mal. & met. except.

T I T.

Tit. XIV.

De Replicatione.

1. Replicatio eſt exceptionis à reo propoſitæ excluſio. Vocatur etiam contraria exceptio [a].

2. Quemadmodum enim actionem elidit exceptio, ita exceptionem replicatio, replicationem duplicatio, hanc triplicatio: triplicationem quadruplicatio & ſic deinceps. Ut autem aliquis ſit litigandi finis, vel judicis arbitrio aut judicii ſtylo definiri ſolet, quouſque in hac vel illa cauſa procedere liceat.

a *l* 10. *C.d. except.* *l* 2. §. 1 *ff. e.d.* § 1. 2 3. *h.*

Tit. XV.

De Interdictis.

Quæ hactenus dicta ſunt potiſſimum ſpectant ad actiones ordinarias, ſequuntur extraordinariæ interdictorum.

1. Interdicta olim erant formulæ ſeu conceptiones verborum, quibus Prætor non conſtituto judicio inter duos pluresve de poſſeſſione litigantes aliquid fieri jubebat, vel pro-

hibebat, quoad de proprietate judicaretur. Huic interdicto ſi non pareretur, Prætor adverſus non parentem vel utilem actionem ex cauſa interdicti dabat, vel via executiva (ut hodie loquuntur) & manu militari utebatur [a].

2. Sed vſus ille Interdictorum antiquatus eſt, & ex conſtitutione Arcadii & Honorii prætermiſſa formula Interdicti, actor ſtatim ſuam actionem proponere jubetur [b]: quod magis hodie obtinet, quia ſublato formularum & judicum pedaneorum dandorum uſu omnia judicia extraordinaria facta ſunt [c].

3. Triplex autem hoc tit. proponitur Interdictorum Diviſio. Nam 1. alia ſunt prohibitoria, alia reſtitutoria, alia exhibitoria [d].

4. 2. Alia interdicta ſunt ſimplicia, (in quibus alter actor, alter reus eſt) alia duplicia, in quibus par eſt utriuſque litigantis conditio, nec quiſquam præcipue actor vel reus intelligitur, veluti interdictum uti poſſidetis & utrubi [e].

5. Tertia & potiſſima diviſio eſt, quod alia interdicta ſint comparata ad

a *pr. h. l. 3. ff. ne vis fiat &c.*

b *l. ult. C. d. interd.*

c *§. ult. h.*

d *§. 1. h.*

e *§. 7. h.*

ad adipiſcendam, alia ad retinendam, alia ad recuperandam poſſeſſionem [a]. a §.2.h.

4. Adipiſcendæ poſſeſſionis 1. eſt interdictum quorum bonorum, quod datur bonorum poſſeſſori, (hoc eſt, ei qui à prætore loco heredis conſtitutus eſt) adverſus eum qui pro herede, vel poſſeſſore poſſidet rem corporalem ex illis bonis [b], non vero contra debitores hereditatis, ad reſtituendam poſſeſſionem rerum hereditariarum vel ſingularum [c]. b §. 3. h l. 2. ff. quor. bonor. l. ult. C. eod.

5. Naſcitur autem hoc interdictum ex jure in re ſc. hereditario, unde quoque eſt actio in rem, petitioni hereditatis in eo ſimilis, quod utraque ex jure hereditario, utraque adverſus eum qui pro herede vel poſſeſſore poſſidet, utraque ad reſtitutionem rei poſſeſſæ; neutra vero adverſus titulo poſſidentem. c l.1.l. ult. ff. h. l. 29. l. 30. D. de furt.

6. Differunt autem in eo, quod hoc interdictum tantum ſit de poſſeſſione [d]. Unde nec exceptiones altioris indaginis admittit [e], quodque hoc non datur contra debitores hereditatis. d l. 1. d. h. e l ult. C quor. bonor.

7. Simile huic interdicto eſt reme-

medium, *l. ult, C. d. Edict. D. Hadrian tollend.* quo heres ſcriptus in teſtamento quod viſibile vitium non habet, ſine litis ambagibus cauſa ſummatim cognita, mittitur in poſſeſſionem rerum hereditariarum, quæ tempore mortis teſtatoris ejusve periculo fuerunt, etſi adſit contradictor teſtamentum impugnans. Non tamen datur contra detinentem juſto titulo [a].

8. II. Interdictum Quod legatorum, quod datur heredi, qui ſatisdedit, adverſus quemlibet legatorum nomine rem hereditariam ſine voluntate heredis occupantem, ad hoc, ut eam forte ob L. Falcidiam reſtituat, vel in id quod intereſt condemnetur [b]. Contra donatarium mortis cauſa non datur, quia voluntate defuncti poſſidet [c]. Hęc actio ex jure in re hereditario quoq; naſcitur.

9. III. Interdictum Salvianum eſt, quod datur Domino prædium ruſticum locanti, adverſus conductorem ad perſequendam poſſeſſionem rerum conductoris pro mercede tacite vel expreſſe pignori obligatarum [d]. Utiliter hoc quoque

con-

a *d. l. fin.*

b *l. 1. ff quod leg l. 1. C. eod.*

c *d. l. 1. § 5.*

d *l. 1. ff. de Salv. interd.*

conceditur aliis creditoribus.

10. Quamvis autem ad eundem fere finem competat actio Serviana, utilius tamen eſt hoc interdictum, cum hic ſufficiat probare poſſeſſas fuiſſe debitori res tempore pignorationis, licet ejus propriæ non fuerint. Unde hæc actio non eſt proprie ex jure in re, nec contra quemcunque poſſeſſorem datur.

11. Retinendæ poſſeſſionis interdictum eſt 1. Uti poſſidetis, quod datur vero poſſeſſori rei immobilis, vel etiam incorporalis, quæ pro immobili habetur [a], non autem nudo detentori [b], neque ei qui vi, clam, aut precario poſſidet ab adverſario [c], adverſus quemcunque de poſſeſſione illa controverſiam moventem, ejuſve uſum turbantem aut impedientem [d], ad hoc, ut actor declaretur poſſeſſor, & reus, ut injuſtus turbator [e], condemnetur (actione intra annum inſtituta) in id quod poſſeſſoris intereſt, poſſeſſionem turbatam non eſſe [f], nec non ad cavendum eandem in poſterum turbatum non iri [g].

[a] *l.* 1. § 6. & *l* 8. *l. fin ff. uti poſſ.* [b] *d l.* 1. § 8. [c] *d l.* 1. §. *fin.* [d] *l.* 1. §. 2. 3. *& ſeq.* *l* 3 §. 2. & 3. *eod.* [e] *d. l.* 1. § 1. [f] *d. l.* 1. *l.* 3. §. *fin.* [g] *arg. l. un. C. h. l.* 7. *l.* 12. *Si ſerv. vind.*

 12. Et

12. Et cum uterque hic poſſeſſionem ſuam eſſe contendat, vincebat olim is qui tempore redditi interdicti poſſeſſionem ſuam fuiſſe probaret, hodie vero reſpicitur tempus litis conteſtatæ [a]. Jure Can. tempore litis conteſtatæ poſſidere præſumitur, qui antiquiorem poſſeſſionem docet, dummodo illa præſumtio non ſit alia probatione infirmata [b].

Quod ſi non conſtet utrius probatio aut cauſa poſſeſſionis melior ſit, in dubio pro reo judicandum eſt [c].

13. 2. Interdictum Utrubi, quod ſuperiori per omnia ſimile eſt; præterquam quod hoc tantum de rebus mobilibus datur [d]; utraque autem hæc actio naſcitur ex jure in re ſcil. poſſeſſione acquiſita.

14. Recuperandæ poſſeſſionis eſt interdictum 1. Unde vi, quod datur cuilibet poſſeſſori rerum corporalium (utiliter incorporalium) immobilium (pro mobilibus datur vi bonorum raptorum actio) qui ſive naturaliter ſive civiliter, ſive juſte ſive injuſte, ſive per ſe, ſive per alium poſſi-

a §. 4. *h.*

b *c.* 9. *x. de probat.*

c *l.* 47. *d.O.* & *A. l.* 125. *ff. d.R. J.*

d §. 4. *h. l.* 1. *ff. Utrub.*

poſſidebat, eo tempore quo vi earum rerum poſſeſſione dejectus eſt; [a], adverſus eum qui vel per ſe, vel per alium dejecit[b], ad reſtituendam poſſeſſionem vi ablatam & reſarciendum omne damnum dejectione datum, licet res perierint & nihil pervenerit ad dejicientem [c], & quidem intra annum utilem, quia pœnalis eſt hæc actio: poſt annum non datur, niſi de iis quæ ad dejicientem pervenerunt [d].

15. Cæterum hæc actio naſcitur ex obligatione, quam parit delictum dejectionis, unde etiam perſonalis eſt, nec datur contra tertium poſſeſſorem [e], tamen tertius quoque bonæ fidei poſſeſſor ſi ſciat ſe rem a ſpoliatore habere, conveniri poteſt [f].

16. Omnium autem lautiſſimum remedium eſt ex cap. redintegranda cauſ. 3. q. 1. quod datur de omni re, ſive mobili ſive immobili, quocunque modo injuſto ablata, adverſus quemcunque poſſeſſorem, licet nec ſpoliaverit, nec ſpolii conſcius fuerit, ad reſtituendam rem.

17. Quando autem pleraque inter-

a § 6. *l.* 1. §. 1 9. 30. *ff. de vi & vi arm. cap in literis x. de reſtit. ſpol.*
b *d l.* 1. §. 12. 14. 15.
c *d l.* 1. §. 34. *l.* 3. *pr. ff. eod.*
d *l* 1. *h. arg. l.* 38. *ff. d. R. I.*
e *l.* 7. *ff. de vi & vi arm.*
f *c.* 15. & 18. *x d. reſtit. ſpol.*

a l. 2 § 2. ff. de interd. terdicta de ſola poſſeſſione dantur a, videndum obiter quidnam & quotuplex ſit poſſeſſio?

18. Poſſeſſio autem aliquando accipitur pro re poſſeſſa, aliquando pro jure in re, aliquando pro detentione rei poſſeſſæ. Et ſic hoc loco definiri poteſt, quod ſit detentio rei. Eaque eſt propria vel impropria. Propria eſt detentio rei animo ſibi habendi b. Unde commodatarius, depoſitarius ſimileſque proprie non poſſident, ſed ſunt in poſſeſſione alterius. Servitutis etiam proprie non eſt poſſeſſio, neque enim teneri aut tradi poteſt, ſed tamen uſus ſervitutum eſt pro poſſeſſione, nec quod attinet effectus juris à propria poſſeſſione differt c.

b l. 3. § 3. 9. 10. l. 41. l. 46. ff. de acq poſſ

c l. ult. ff. d. ſervit. l. 8. §. 5. ff ſi ſerv. vind. l. 11. § 1. ff. d public. in rem act.

19. Propria poſſeſsio eſt vel civilis vel naturalis d. Civilis eſt poſſeſſio animo Domini, quomodo poſsidet ipſe Dominus & bonæ fidei poſſeſſor qui eſt loco Domini,

20. Naturalis, eſt detentio animo quidem ſibi habendi, ſed non animo Domini, quomodo poſsidet fur. e.

Cre-

d l 1. §. 9. *ff. d vi & vi arm.* e *l. 67 pr ff. d. furt l. 1. § ult. ff. uti poſſ.*

Creditor [a], Emphyteuta [b], qui precario rogavit ut ſibi poſſidere liceat [c].

21. Poſſeſſio porro alia eſt juſta, alia injuſta ut furis.

22. Acquiritur autem poſſeſſio animo & corpore; retinetur ſolo animo, amittitur fere ut acquiritur [d].

a *l.* 35. *in fin.* *l.* 40. *ff d. pignor. act.* b *l.* 15. § 1. *ff. qui ſatiſd. cog* c *l.* 4. § 1. *l.* 15. § 4 *ff. d. precar.* d *l.* 5. *ff. d. A. & A P. l* 46. *eod.*

Tit. XVI.

De pœna temere litigantium.

1. Sive autem ordinariæ actiones moveantur, ſive extraordinariæ, caute agendum eſt litigantibus, ne in pœnam temerariæ litis incidant.

2. Coërcentur autem temere litigantes 1. pœna pecuniaria. 2. jurisjurandi propter calumniam religione 3. Infamia [e].

e *pr. h.*

3. Pœna pecuniaria conſiſtit in damno ſumptuum & expenſarum refuſione, quas improbus litigator ſive actor ſive reus, à ſe factas non tantum non recipit, ſed & factas ab ad-

adverſario refundere tenetur ; & quidem jure novo quod ſucceſſit in locum veteris de calumnia actionis, qua decima parte ejus, quod petebatur, mulctabatur a.

4, 2. Actor qui ſine venia in jus vocavit, quos non debuit. veluti parentem, patronum, patronam, liberoſve aut parentes patroni, aut patronæ, mulctatur 50. ſolidis, & ſi non habeat in ære luit corpore b.

5. 3, Actor temere plus petens tenetur pœna plus petitionis c.

4. Reus debitum temere inficiatus in nonnullis cauſis (de quib. ſupr. ad tit. *d. oblig. q. quaſi ex contractu naſc.*) tenetur in duplum d.

6. Iusjurandum calumniæ eſt, quod præſtant partes earumque Advocati, de cauſæ ut opinantur bonitate e, & olim ſæpius quidem f, nunc ſemel ſc. initio litis g. Hujus tanta eſt neceſſitas, ut ne quidem expreſſo pacto remitti poſſit h. Moribus & jure Canonico tamen tacite remitti poteſt, ſi non exigatur i, alias ſi actor id præſtare recuſet, cauſa cadit,

a § 1. *in fin. h. l. 7. 9 ff. d judic. l. 13. § 6. C. eod.*
b § *ult. h. l. ult. ff. d in jus voc*
c § 33. *d act.*
d *add. ſupr. tit. d except.*
d § 1. *h.*
e § 1. *h. l. 2. C. d. jurej. propter cal dand.*
f *l. 1. C. d. t.*
g *auth.*
Hoc Sacramentum C. eod h *dd. ll.* i *Cap. 1. d. juramen, calum in 6.*

dit, reus recuſans pro confeſſo habetur [a]. Cæterum capita jurisjurandi ex d. auth. & d. l. 2. Dd. hiſce exprimunt:

Illud juretur, quod lis ſibi juſta videtur.
Et ſi quæretur, verum non inficietur,
Nil promittetur quo falſa probatio detur.
Ut lis tardetur, dilatio nulla petetur,

7. Infamia eſt privatio bonæ exiſtimationis & inde dependentium jurium, ob violatam turpibus factis vitæ honeſtatem [b].

8. Eſtque duplex, alia Iuris, alia Facti. Iuris eſt, cum expreſſum jus turpe factum notat; quomodo jus civile improbos fœneratores [c], in adulterio deprehenſos [d], damnatos publicis judiciis [e], Advocatos probroſos [f], judices improbos [g], plurimoſque alios: jus Prætorium furti, vi bonorum raptorum, injuriarum & de dolo ſuo nomine damnatos, ignominiæ cauſa ab exercitu miſſos alioſ-

a a. *principales C. d.* 1.

b *l* 8 *C. ex quib cauſ. inf. l.* 3. *C. d. re milit. l.* 3. *pr. ſſ. d. teſtib.*

c *l.* 20. *C. ex quib. cauſ. inf.*

d *l* 43. § *pen & ult. ff d R. Nupt.*

e §. 2. *I d publ. jud. l.* 7. *ff. eod.* f *l.* 6 §. 1. *C. d. poſtul.* g *l.* 2. *C. d pœn. jud qui male jud.*

aliosque infamia notat [a]; atque hanc aliquando jus immediate, aliquando interveniente judicis ſententia irrogat, quod contingit in illis, quos furti, vi bonor. raptor. &c. damnatos diximus; nec non iis qui recto judicio tutelæ, mandati, depoſiti, item pro ſocio, ob dolum damnantur [b], quod hic inter pœnas temere litigantium refertur [c].

o. Facti infamia eſt, quam jus quidem expreſſe non irrogat, ſed eam æſtimat ex virorum bonorum & gravium judicio exiſtimationem alicujus ob factum indignum onerantium [d].

Utrique affinis, ſed tamen ab utraque differens eſt levis notæ macula [e], quæ oritur ex ſordido vitæ genere.

a *l.* 1. 2. *& ſeqq ff. d his qui not. infam.* b *l* 6 *§* 5. *& ſeqq ff. d his qui not infam* c *§.* 2. *h.* d *l.* 13. *C ex quib. cauſ. infam. l.* 20. *ff. eod. l.* 2, *ff. de obſ. par. & patron. præſt.* e *l.* 27. *C. d. inoff. teſtam.*

Tit. XVII.

De Officio Iudicis.

Ut actiones recte expediantur non ſufficit ſi partes earumque miniſtri officium ſuum faciant, ſed & Iudex.

1. Iu-

1. Iudex eſt perſona publica, quæ juriſdictioni præeſt a. Olim judex pedaneus nudam tantum notionem habebat ſine juriſdictione b, â qua differt notio in genere dicta, quæ etiam continet juriſdictionem c.

2. Iuriſdictio eſt judicandi, judicatique exequendi poteſtas d, Eſtque vel Civilis vel Criminalis. Civilis eſt poteſtas judicandi judicatique exequendi in cauſa civili, quæ ſimpliciter juriſdictio dici ſolet.

3. Eſtque legitima vel nec legitima.

4. Legitima eſt quæ non competit Magiſtratibus niſi ſpecialiter lege, vel SCto vel Conſtitutione Principis conceſſa, ut poteſtas dandi Tutorem e, decernendi alienationem prædiorum minorum f, confirmandi tranſactionem ſuper alimentis futuris teſtamento relictis g

5. Nec legitima eſt quæ non ex ſpeciali lege, ſed aliunde competit: eſtque vel ordinaria, vel extraordinaria, Ordinaria, quam quis jure Magiſtratus habet h.

6. Extraordinaria, quam quis habet

a *l.* 3 *C. d. juriſd. omn. jud.*
b *l.* 5. *l.* 15. *ff. d. re jud.*
c *l.* 99. *d V S.*
d *l.* 1. 2. 3 *ff d. juriſd.*
e *l* 6 §. 2 *ff. d. tutel.*
f *l* 5 §. 9. & 11. *ff d. reb. eor qui ſub. tut. &c.*
g *l.* 8. *ff d. tranſact.*
h *l.* 5. *ff. de juriſd.*

bet beneficio alterius; eſtque *mandata*, quæ exercetur mandatu propriam habentis [a]. Mandari autem regulariter non poſſunt, niſi quæ jure Magiſtratus competunt, unde neque merum Imperium, niſi ob abſentiam [b] (hodie & ob *valetudinem adverſâ*) [c] vel *prorogata* quam quis habet beneficio litigatorum in alienam juriſdictionem conſentientium [d].

8. Cæterum Iuriſdictioni civili cohæret mixtum Imperium, ſine quo illa explicari non poteſt [e]. Eſt enim poteſtas modice coërcendi, mulctam indicendi, cogendi arbitrum ut ſententiam dicat, dandi bonorum poſſeſſionem, reſtituendi in integrum, jubendi cavere ſtipulatione Prætoria [f], pignus capiendi, mulctam dicendi [g]. Ex hiſce quædam magis ſunt Imperii, ut jubere cavere Prætoria ſtipulatione, in poſſeſſionem mittere [h]. Et hæc duumviris non competunt [i].

9. Iuriſdictio criminalis, quæ in jure civili frequenter *merum Imperium* dicitur, eſt poteſtas judicandi & judicati

a *l. 1. l. 5. ff. d. Off. ejus.*
b *l. 1. ff. de o. f. ej. cui mand. eſt juriſd.*
c *Conſt. crim. Car. V. art. 2.*
d *l. 1. ff. d. judic. l. pen. C. d. pact.*
e *l ult. ff. d. off. ej. cui mand. l. 3. ff. d. juriſd.*
f *l. 3. 4 ff. d. juriſd. l 26. ad Munic.* g *l 9. in fin. ad L. Iul. pec.* h *l. 4 d. juriſd.* i *l. 26. ff. ad Municip.*

dicati exequendi in criminalibus, quam veteres vel ſimpliciter vocant poteſtatem gladii, vel poteſtatem animadvertendi in facinoroſos [a].

9. Officium autem judicis ſeu ejus qui juriſdictioni præeſt, generaliter in eo conſiſtit, ut juriſdictionem exerceat ſecundum præcepta legum & conſuetudinum [b].

10. Aliud autem ſecundum mores & leges eſt officium judicis in actionibus privatis, quod Dd. docendi cauſa vocant Mercenarium, aliud in aliis & in primis cauſis publicis, quod Nobile vocant.

11. De mercenario hoc potiſſimum tit. agitur, ſtatuiturque judicem ſecundum naturam actionis propoſitæ ſententiam ferre debere, minime vero ſecundum cerebrinam æquitatem [c]; quod verum eſt ſi actio ab actore probata, nec à reo eliſa eſt, certiſſimum enim eſt judici ſecundum acta & probata iiſque informatam conſcientiam judicandum eſſe [d]. Quid ſi conſcientia & acta pugnent? deponat officium judicis & ſumat teſtis perſonam.

12. Ad-

a *l. 3. ff. d. juriſd. l. 6. pr. d. Off. Proc.*

b *l. 14. C. d. judic.*

c *l. 1. C. d. ll. l. 8. C. d. judic.*

d *l. 18. ff. comm. divid. l. 6. §. 1. ff. d. Off. Præſ. l. 14. C. de jud. l. ult. C. d. fideic. libert.*

12. Ad mercenarium officium hoc potiſſimum ſpectat axioma : Iudex non impertit officium ſuum niſi rogatus a.

a *d. l.* 18.

13. Nobile judicis officium dicunt jus faciendi ea, quæ judici ut judici facienda incumbunt, ſive poteſtatem cognoſcendi & judicandi ſecundum modum juriſdictionis ei conceſſæ, quam motu proprio nulla parte petente plerumque exercet, veluti cum tutores curatoreſve dat, aut in facinoroſos homines inquirit b. Hactenus actum eſt de jure privato perſonarum, rerum & actionum, ſequitur de jure publico mantiſſa.

b *l.* 13. *ff. de Off. Præſ*

T i t. XVIII.

De Publicis Judiciis.

1. Publica judicia ſunt quæ lex aliqua ſpecialis de crimine ad læſionem ſtatus Reip. ſpectante introduxit, data cuivis è populo accuſandi reum poteſtate c. Unde publica dicta ſunt quaſi populica, multumque differunt à privatis judiciis, tum in inſtituendo, tum in exercendo d. 2. Nam

c §. 1. *h. l.* 1. *ff. eod.*

d *pr. h.*

2. Nam ii.in privatis unus tantum agit ad id quod ſibi debetur,in publicis regulariter quilibet è populo ad vindictam publicam accuſationem inſtituit, niſi forte quis prohibeatur ob ætatem, ſexum, Magiſtratum, Sacramentum, proprium delictum, turpem quæſtum,calumniæ ſuſpicionem aut ſimilia [a]. Vel etiam niſi lex cujuſdam criminis accuſationem certis perſonis reſervet veluti adulterii [b], & ſuppoſiti partus [c].

3. In publicis judiciis accuſator per inſcriptionem libelli ad pœnam talionis ſe obſtringere tenetur,ſi forte calumniæ convincatur [d], quod ſecus eſt in privatis judiciis. Accuſationes & inſcriptiones hodie non ita receptæ. In publicis 3. Procurator non intervenit [e]. 4. Omnia publica infamant [f]. 5. Morte rei extinguuntur [g]. 6. Inſtantia perit biennio [h]. 7. Accuſatio 20. annis tollitur [i]. 8. Appellatio cuivis permiſſa [k]. 9. Tranſactio nulli in capitalibus aliiſque quæ ſanguinis pœnam non ingerunt [l]. 4. Pu-

a *l.* 3. & *ſeqq. ff. de accuſat. l. fin. ff. d. privat. del. l.* 13. *ff. d. Off. Præſ.* b *l.* 30. *C. ad. L. Iul. Adult.* c *l.* 30. §. 1 *ff. ad L. Cornel. de Falſ.* d *l* 3. *pr* § 1. & 2 *ff l* 17. *C d Accuſat* *l.* 1 *ff ad SC. Turpil.* e *l.* 13 §. 1 *ff d. publ jud* f *l.* 7 *h. t* g *l* 3 *h. t* h *l* 3. *C ut intra cert temp* i *l* 12 *C ad. L. Corn. de falſ.* k *l.* 6. *ff. de appell.* l *l.* 18. *C. de tranſ.*

4. Publica autem judicia, alia ſunt capitalia, alia non capitalia a. Capitalia ſunt quorum pœna eſt mors, ſive naturalis, ſive civilis ſc. aquæ & ignis interdictio, cujus loco frequentata eſt deportatio, item damnatio in metallum: non capitalia ſunt, quorum pœna non eſt capitalis, ſed vel levior corporis coërcitio, veluti fuſtigatio, vel relegatio, vel pecuniaria & infamia b.

a §. 2.

b §. 2.

h l. 2. ff. eod. l. 6. in fin. l. 7. d pœn.

5. Enumerantur autem hoc loco 17. ſpecies judiciorum publicorum. Scilicet 1. læſæ Majeſtatis. 2. adulterii. 3. nefandæ libidinis cum maſculis, hodie Sodomiæ crimen vocant. 4. ſtupri. 5. homicidii. 6. veneficii. 7. parricidii. 8. falſi. 9. vis publicæ. 10. raptus. 11. vis privatæ. 12. peculatus. 13. plagii. 14. ambitus. 15. repetundarum, 16. annonæ flagellatæ. 17. de reſiduis: quæ ſingula crimina qualia ſint quamque pœnam habeant obiter videndum.

6. Primum eſt crimen læſæ Majeſtatis, quod eſt fraudulenta machinatio ſubditi contra Majeſtatem, ſive contra eos qui habent ſummam poteſtatem, ſive quid contra ejus dignita-

gnitatem, ſecuritatem aut poteſtatem directe committatur, ſive indirecte: læſis forte ejus conſiliariis.

7. Eſtque duplex: vel crimen læſæ Majeſtatis in ſpecie dictum, vel Perduellionis, hoc eſt quod contra Principem aut Remp. hoſtili animo committitur, illud adverſus ſuperioritatem, dignitatem atque exiſtimationem Principis aut Reipubl. fit [a]. Hoc olim cruce, illud exilio mulctabatur [b]: morte rei non obliteratur illud, hoc contra [c].

8. Utriuſque varia exempla enumerantur [d]. Utrumque hodie capitale eſt ex conſtitutione Arcadii & Honorii (quam vulgo ad crimen perduellionis male reſtringunt) ſecundum quam 1. reus gladio necatur. 2. memoria rei poſt mortem damnatur. 3. bona publicantur. 4. filii, non etiam nepotes, fiunt infames [e].

9. Multa autem ſpecialia ſunt in hoc crimine, veluti quod quiſque conſcius teneatur illud deferre, adeo ut & filius patrem [f]. 2. quod eadem ſit pœna conatus & effectus [g]. 3. quod ſervi in caput domini torquean-

a *l ult. ff. h.*
b *l.* 38. §. 2. *d. pœn.*
c *d. l. ult.*
d *l.* 1. 3. 4 *ff. ad L. Iul. Maj.*
e *l.* 5. *C. ad L. Iul. Maj.*
f *d. l.* 5. §. *pen.*
g *d. l.* 5. §. *pen.*

queantur, nec non omnes ad teſtimonium provocati (& accuſatores) ſine diſcrimine ſexus, militiæ, dignitatis admittantur. 4. quod quilibet etiam non idoneus admittatur ad accuſandum [a]. 5. quod patrato hoc crimine reo ſtatim auferatur bonorum adminiſtratio. 6. quod crimen hoc morte non extinguatur [b]. Quodque damnati non lugeantur [c].

9. Atque hoc quidem de læſa majeſtate humana;. læſæ divinæ rei ſunt blaſphemi, ſacrilegique, qui capite puniuntur [d]. Hæretici privati honoribus mulctantur exilio [e].

10. Lex Julia lata ab Auguſto coërcet adulterium, ſtuprum & nefandam libidinem cum maſculis [f].

11. Adulterium jure civili proprie dicitur, concubitus cum alterius uxore [g]. Conjugatus cum ſoluta rem habens, non adulterii, ſed ſtupri reus fit, cum hic non metuatur ſanguinis perturbatio proliſque incertitudo.

12. Iure Can. adulterium eſt omnis concubitus, quo fœdus conjugale violatur [h], ſed & concubitus cum

a *l.* 3. & 4. *C. d.* t *l.* 7. & 8. *ff eod.*
b *l.* 6. *C. h.*
c *l.* 11. § 3 *d his qui not. inf*
d *Ord, crim. art* 106.
e *l.* 12. *C. de haret.*
f *§.* 4. *h. l.* 8. *l.* 24 *ff. eod.*
g *l.* 13. *§.* 2. *l* 34. *§.* 1. *l.* 6. §. 1. *ff. ad L. Iul. d. ad.*
h *c.* 4. *d. con. conjug.*

cum ſponſa alterius ex lege Severi & Antonini habetur pro adulterio[a].

13. Pœna adulterii jure civili definiti ex conſtitutione Conſtantini eſt gladius[b], quæ convenit legi Moſaicæ[c]. At non juri veteri Romanorum atque Novellæ Iuſtiniani, qui non capitalem voluit in uxorem[d]. Neque Novell. Leonis utrique naſum abſcindere volentis[e]. Neque ſtatutis aut moribus Belgarum Ord. Pol. art. 15. & ſeqq. quibus Adulteri infamia, mulcta pecuniaria & nonnunquam exilio puniuntur. Contra moribus quorundam aliorum etiam conjugatus cum ſoluta rem habens, ut adulter gladio punitur. Agitur etiam ob hoc crimen civiliter ad vinculi matrimonialis ſeparationem donationiſve nuptialis lucrum[f]. Cæterum patri permiſſum eſt filiam in adulterio deprehenſam una cum adultero occidere, marito tantum infamem adulterum domi ſuæ in turpitudine deprehenſum[g]: ſi occidat uxorem maritus, extra ordinem punitur & dotem amittit[h].

14. Speciale quoque eſt in hoc judi-

a *l.* 13. § 3. *&* 8. *ff.* *l.* 7. *C. h.*
b *l.* 30. *C. h.*
c *Levit* 20. *Deut.* 22.
d *Nov.* 134. c. 10.
e *Nov.* 32.
f *l.* 38. 47. *ff. ſol. matrim.* *l.* 8. §. 4. *&* 5. *C. d. repud.*
g *l.* 20. *& ſeq. ff* *l.* 4. *C eod.*
h *l.* 38. §. 8. *ff.* *eod.*

judicio publico, 1. quod ex jure noviſſimo non omnibus datur ejus accuſandi facultas, ſed tantum marito, vel ob ſuſpicionem: poſt hunc etiam patri, fratri, patrono & avunculo juſta ex cauſa. 2. quod hic nulla eſt inſcriptionis neceſſitas a. 3. quod accuſatio hæc inſtituenda ſit intra 60. dies ſi ſolutum ſit, intra 5. annos ſi duret matrimonium b.

16. Nefanda libido cum maſculis ſeu Sodomia eſt coitus contra naturam, cujus rei igne cremantur c.

17. Stuprum eſt coitus cum virgine vel vidua honeſte vivente: Pœna eſt in honeſtioribus publicatio dimidiæ partis bonorum, in vilioribus coërcitio corporis cum relegatione d.

18. Iure Can. ſtuprum committens tenetur dotare aut ducere e, violentum autem ſtuprum morte punitur f, coitus cum meretrice jure civili extra pœnam eſt g. Perſolvebant meretrices apud ædiles nomen profeſſæ vectigal, quod poſt abrogatum h. Permiſſus quoque erat concubinatus i.

18. Ho-

a *l. 30. C. h.*
b *l. 11. §. 4 & ſeq. h. l. 4. pr. ff. eod. l. 6. C. eod.*
c *l. 31. C. ad. L. Iul. de adult.*
d *§. 4. Inſt. h.*
e *cap. 1. 2. x. d. adult.*
f *l. 1. in fin. ff. d. extra. ord crim.*
g *l. 22. C. ad L. Iul. d. ad. l. 13. §. 2 ff. eod.*
h *l. ult. C. de ſpect ac. & ſcen.* i *l. 3. ff. de Concubinis.*

18. Homicidium perſequitur lex Cornelia à Cornelio Sylla dictatore lata contra ſicarios ſive homicidas, qui aut dolo malo alterum occidunt quocunque inſtrumento, aut in capitali judicio falſum teſtimonium dicunt, aliamve mortis cauſam præbent [a], qui ſic occidendi furtive faciendi cauſa (nec non qui Eunuchos faciunt [b]) cum telo ambulant. Pœna ejus fuit deportatio & bonorum omnium ademtio, ſed & poſtea humiliores, uti hodie omnes voluntarii homicidæ [c], capite puniri cœperunt [d].

19. A voluntario autem homicidio differt neceſſarium, quod ad tutelam ſui quis facit impune, jure naturali & civili [e]. Differt & homicidium culpa non dolo commiſſum, quod extraordinaria pœna pro qualitate culpæ coërcetur [f]. Differt & caſu improviſo commiſſum homicidium, quod fato non fraudi imputatur [g].

20. Eadem Lex Cornelia perſequitur veneficos, qui artibus odioſis, tam venenis, quam ſuſurris magicis (uti falſo perſuaſa fuit rudis anti-

a l. 1. l. 15. ff. ad. L Cornel. d. Sicar.
b l 4. §. 2. ff. h.
c Conſtit. Car. V. crim. art. 137.
d l 3. §. pen. l. pen. ff eod.
e l 5. ff. de juſtit. & jur. l 1 C. Unde vi
f l 7. ff. ad. C. Cornel. de Sicar.
g l. 1. C ad L Cornel.

quitas) homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint a. Carolus V. hos igne, alios vero veneficos, qui non nocuere, arbitraria pœna puniri vult b. Quod autem Conſtantinus incantationes Magicas ob bonum finem licitas eſſe jubet, Chriſtiano Cæſare indignum eſt c.

21. Eadem lege Cornelia tenetur qui dolo incendium excitat d. Carolus V. eum comburendum ſanxit e.

22. Lex Pompeja (à Pompejo Magno lata) perſequitur parricidium, quod eſt homicidium in conjunctas perſonas vel cognatione vel affinitate admiſſum. Eſtque atrocius, vel minus atrox. Atrocius eſt cum quis parentes vel liberos, vel aliquem affectionis ejus, quæ parentum nuncupatione continetur, occidit, cujus pœna tum ex antiquioribus legibus, tum ipſa l. Pompeja, tum ex conſtitutionibus ſequentium Imperatorum, eſt ultimum ſupplicium, ita ut parricidâ, nec non cujus dolo hoc crimen admiſſum eſt, quique ejus conſcius fuerit, quam-

a §. 5. *b.*

b *art.* 309.

c *l.* 4. *C. de malef. & mat.*

d *l.* 1. *&* 10. *ff. h, l.* 28. *§* 9. *&* 12. *ff. d. pœn.*

e *art.* 125.

quamvis extraneus ſit[a], virgis ſan- a §. 6.
guineis cæſus cum cane, gallo gal- *h.*
linaceo, vipera & ſimia culeo inſu-
tus in mare aut profluentem proji-
ciatur; omnium elementorum uſu
privandus, & ſic inrer ferales angu-
ſtias extinguendus, Hodie mitigari
ſolet pœna ad evitandam deſpera-
tionem, ex conſt. Caroli V.[b] b *art.*

23, Minus atrox parricidium eſt, 131.
ſi quis alias neceſſitate aut affinitate
junctas perſonas necaverit, quod
pæna legis Corneliæ de Sicariis pu-
nitur[c]. c §. 6.

24, Eſt etiam lex Cornelia à Cor- *h.*
nelio Sylla lata de falſis. Falſum eſt d *l* 16.
veritatis imitatio vel ſuppreſſio in §. 2.
alterius fraudem improbe facta[d]. *l.* 23.
Vocatur etiam hæc lex teſtamenta- *ff. h.* *l.* 20.
ria, forte quod maximam partem *C. eod.*
de falſis teſtamentis egit[e]. Hac e § 7. *h.*
lege enim tenetur, qui teſtamentum f § 7.
aliudve inſtrumentum falſum ſcri- *h.*
pſerit, ſignaverit, recitaverit, ſubje- g *l.* 1.
cerit, vel ſignum adulterinum fece- §. 3. & 8.
rit, ſculpſerit, expreſſerit dolo ma- *ff h t.*
lo[f], ſed & ſi quis ſibi in teſtamen- *t. t C.*
to quid aſcripſerit[g], aut alienam *d his qui in*
rem diſtraxerit, vel eandem duobus *teſt.*

vendiderit a, falſo judicaverit falſumque teſtimonium dixerit b.

25. Pœna falſi in ſervos eſt ultimum ſupplicium, in liberos deportatio, quandoque & in liberis capitalis c, adeo pro varietate circumſtantiarum alia atq; alia pœna eſt d; qui vero falſam monetam cudit vel probam abradit, minuit, tingit, ex conſtitutione Conſtantini igne crematur una cum domo in qua id factum eſt e.

26. Lex Julia coërcet vim publicam & privatam. Publica eſt quæ fit armis aliove atrociori modo f. item ſi quis nova vectigalia exerceat g. Cujus pœna jure civili olim erat aquæ & ignis interdictio h, in cujus locum ſucceſſit deportatio i.

27. Raptus autem Virginis vel Viduæ vel Sanctimonialis licet volentis capite punitur k. Gravior eſt etiam hodie pœna fractæ pacis publicæ, ſcil. gladius vel proſcriptio, de qua Conſtit. Imperii d. A. 1544, 1506. 1521.

28. Vis privata eſt, quæ ſine armis infertur l, Pœna ejus eſt publica-

a *l.* 21. *ff. h.*
b *l.* 1. § 2. *l.* 27. *eod.*
c *l.* 22. *C. d. falſ.*
d O *C. art.* 111. *& ſeq.*
e *l.* 2. *C. d. falſ. mon.*
f § 8. *h. l.* 1. 3. 5. 10 *ff. ad L. Jul. d. vi publ.*
g *l. ult ff h.*
h *l.* 10. *in fin. ff. eod.*
i § 8. *h.*
k *l un. C. de rapt.*
l § 8. *h. l.* 1. 2. 3. 4. 5. *h.*

blicatio tertiæ partis bonorum cum infamia.

29. Eſt etiam lex Iulia peculatus. Eſt autem peculatus furtum publicæ pecuniæ vel rei ſacræ aut religioſæ a. Eſtque duplex *vel peculatus in ſpecie dictus*, qui eſt furtum publicæ pecuniæ, & jure civili punitur deportatione; ſi ipſe adminiſtrator vel miniſtri ejus pecuniam averterint, capite b; ſi quis prædam ab hoſtibus captam, quadruplo c: *vel ſacrilegium*, quod eſt furtum rei ſacræ aut religioſæ, ſive fiat in loco ſacro, ſive à ſciente rem eſſe ſacram in loco prophano d. Qui vero rem prophanam in loco ſacro aufert ex reſcripto Divorum fratrum furti, non ſacrilegii, reus fit e. At ſacrilegii reus jure fit veteri f, & jure Canonico g. Pœna autem ſacrilegii regulariter capitalis eſt h.

30. Lex Fabia plagiarios perſequitur. Plagium eſt fraudulenta liberi hominis vel ſervi alieni ſuppreſſio i, quod etiam fit venditione, donatione aut permutatione k.

O 3 Pœna

a *l.* 1. *l.* 4. *ff.* §. 9. *Inſt. h.* b §. 9. *h. l.* 3. *ff. eod.* c *l.* 13. *h.* d *l.* 5. *l* 9 §. 1. *h.* e *d. l.* 5. *h.* f *l.* 16. § 4 *ff. de pœn.* g *c. quiſquis quæſt.* 4. *cauſ.* 17. *Car. V. art.* 171. h *l.* 6. *ff. l* 9. *eod. Ord. crim. art.* 171. *& ſeqq.* i *l.* 3. 5, 6. *ff. h.* k *l.* 1. 2. 4. *eod.*

a l. ult. ff. h. Pœna legis Fabiæ erat pecuniaria a. Poſtea ſucceſſit pœna exilii & Metalli. Et Conſtitutionibus Principum nonnullis caſibus capitalis facta b, jure Divino & Canonico etiam capitalis c.

b §. 10. h.

c Deut. 24. 7. Exod. 21. 16. c. 1. x. d. furt.

31. Alia eſt lex Iulia de Ambitu. Ambitus eſt illicita veluti data pecunia honorum & dignitatum paratio d. Pœna hujus in municipiis erat 100. aureorum. Romæ prohibebatur reus intra quinquennium honores repetere. Propter vim publicam deportatur e. Tenetur etiam hac lege qui novum vectigal inſtituit, item qui cum reus vel accuſator eſt domum judicis ingreſſus fuerit f.

d l. un. ff. h.

e l. un. C. h. C. h. l. 1. C. Theod. eod.

f d. l. un. ff. h.

32. Ceſſare autem cœpit hoc crimen, cum Princeps Magiſtratus conſtituit g. Simile autem huic eſt Simonia in jure Canon. ſive illicita comparatio beneficii Eccleſiaſtici h.

g d. l. un.

h t. t. x. de Simonia.

33. Alia eſt lex Iulia repetundarum, qua tenetur qui in Magiſtratu, poteſtate, ratione, legatione vel alio officio, munere miniſteriove publico quid accepit, quo magis minuſve officium faceret i. Hujus

i l. 1. 3. 4. h.

pœna

pœna arbitraria eſt vel relegatio, vel ordinis amotio, vel exilium, vel mors, nonnunquam quadrupli, pro qualitate delicti [a].

34. Alia eſt lex Iulia de Annona, quo nomine venit, quicquid ad victum humanum pertinet, ſi quis autem vel inita ſocietate, vel quocunque alio modo effecerit annonam cariorem, punitur 20. aureis [b]. Nonnunquam Dardanarii, Pantopolæ, ſimileſque annonæ attentatores extra ordinem gravius puniuntur [c].

35. Alia eſt lex Julia de reſiduis, qua tenetur, qui publicam pecuniam in uſum publicum tributam ſibi adminiſtrandam commiſſam retinet, neque in eum uſum conſumit [d]. Pœna eſt, quod reus præter infamiam quoque in tertiam partem amplius quam debet, tenetur [e], h. e. ſi trecentos retinuit, quadringentos reſtituit.

36. Cæterum hæc publica judicia peculatus, de reſiduis, repetundarum & ſimilia, in quibus quæſtio principalis de ablata pecunia movetur, etiam contra heredes dantur [f].

37. Hæc in elementis expoſuiſſe

a *l. 7. §. 3 ff. l. ult. C. h.*

b *l. 2. ff. h.*

c *l. 37. ff. d. pœn. l. 6. ff. d. extra ord crim.*

d *l. 2. l. 4 §. 3 & 4. ff. ad l. Iul. pec.*

e *l 4. §. 5. ff. eod. l. 6 § 1. ff d. muner. & honor*

f *l ult. ff ad L Iul. pecul.*

ſufficere putavit Imperator: Reliquæ publicorum criminum ſpecies & uberior Tractatus ex Pandectis ſed & Codice aliiſque juris libris
a § ult. b. petenda[a].

FINIS.

BIBLIOTHEQUE CANTONALE

INDEX RERUM

in hoc

COMPENDIO

expoſitarum.

A.

Acceptilatio quid & ejus effectus 219.
Acceſſio quid & quotuplex 70. *naturalis acceſſionis ſpecies* 75. 76. *artificialis ſpecies* 76 77 *mixtæ ſpecies* 78.
Actio varia ſignificat 238. *quid ſit* 239.
Actio ad Palinodiam 234.
Actio conducti v. Conducti actio.
Actio de albo corrupto 274
Actio de conſtituta pecunia 268.
Actio de dejectis vel effuſis 236.
Actio de in jus vocando 274. *de in jus vocato vi exempto* 275.
Actio de jure familiæ 262.
Actio de jurejurando 269.
Actio de partu agnoſcendo 263.
Actio de peculio 272.
Actio de ſtatu libertatis 262.
Actio de ſtatu liberti 262.
Actio ex teſtamento 137. 216.
Actio injuriarum ex L. Cornelia 233.

Actio pro ſocio 210. 211.
Actio quod juſſu 270.
Actio ſubſidiaria in factum 60.
Actio vi bonorum raptorum 227. 228.
Actiones unde naſcantur 254.
Actiones bonæ fidei 245. 246. *ſtricti juris* 246. *& arbitrariæ* 246. 247. *quantum hæ ſpecies differant* 248. *& ſeqq.*
Actiones civiles vel criminales 253. *civiles vel prætoriæ* 242.
Actiones directæ vel contrariæ 241. *directæ vel utiles* 243. *directæ vel præparatoriæ ib. directæ vel adjectitiæ qualitates* 243. 244.
Actiones heredibus quænam dentur quænam non 252.
Actiones in heredes quænam dentur quænam non 253.
Actiones in rem vel perſonam & quid hæ ſpecies differant 240.
Actiones mixtæ quot modis dicantur. 241. 242.
Actiones aliæ per ſe ſubſiſtentes, quædam aliarum adjectitiæ qualitates 250. 251.
Actiones perpetuæ & temporales 251. 285. 286.
Actiones pœnales quomodo ſubdiſtinguantur 245.
Actiones præparatoriæ & principales 254.

Actiones rei perſecutoriæ, vel pœnales, vel mixtæ 244. 245.
Actiones ſimplices vel duplices 254.
Actiones ſolidum perſequentes vel minus 250.
Actiones univerſales vel ſingulares 253. 254.
Actiones olim per ipſos actores erant exercendæ 281.
Actionum cedendarum beneficium 196. 197.
Actionum ceſsio quid 256. *quotuplex ib. quando prohibita ſit* 257. *ejus effectus ib. dato pretio quo effectu fiat* 258.
Actionum concurſus & de eo regulæ 255. 256.
Actionum cumulatio Jure Civ. improbata. 255.
Actor quis. 57. 58.
Actor de quibus in judicio caveat. 284.
Actus quid 83.
Addictio bonorum libertatis conſervandæ cauſa 166.
Adjunctio quomodo transferat dominium 77.
Adoptans extraneus adoptato filio non ſuccedit 159.
Adoptio quid 42. *quotuplex ib.* & 43. *ejus requiſita* 43. 44.
Adoptivi quibus ſuccedant 157.
Adulterini non ſuccedunt vel patri vel matri 158.

Adulterium quid 310. *ejus pœna* 311. *ſpecialia in hoc judicio* 312.

Advocatus quis 282. 283.

Ædificans in alieno quando impenſas repetere poſſit 80.

Affinitas quid 36. *ejus non veri ſed quaſi gradus & quomodo hi numerentur* 153.

Agere olim per alios non licebat niſi certis caſibus 281.

Agnati qui 50. *olim meliori conditione quam cognati. ib. hodie non* 53.

Agnatio ſui heredis quid & quotuplex 123.

Albi corrupti pœna 74.

Alimenta ob quas cauſas liberis poſſint negari 113.

Alluvio quid 75.

Alveus à flumine relictus cui cedat 76.

Ambitus pœna 318.

Annona quid 319. *ejus attentatorum pœna ib.*

Apprehenſio quid 70. *quotuplex ib.*

Appulſio quid 75.

Aquilia Lex 229. 230.

Aquiliana ſtipulatio 219.

Arrogatio quid 43. *impuberis, & quid ad eam requiratur* 44. 45. *quis ejus effectus* 45.

Arrogatio modus acquirendi univerſalis 165.

Arrogator arrogato quando ſuccedat ib.

Aſcendentes quomodo ſuccedant 158.

Auctoritas quid 54.

B. Be-

B.

Beneficium cedendarum actionum 196. 197.
Beneficium diviſionis 196.
Beneficium competentiæ quibus competat 250. *ejus exceptio quando opponatur* 288.
Beneficium inventarii 130.
Beneficium ordinis 196.
Blaſphemorum pœna 310.
Bona fideicommiſſo obnoxia an alienentur 144.
Bonæ fidei poſſeſſor v. Poſſeſſor.
Bonorum emptio olim modus acquirendi univerſalis hodie non 166.
Bonorum poſſeſſio quid 162. *quotuplex ib. & ſeq. quamdiu peti poſſit* 164.

C.

Capitis diminutio quid & quotuplex 51.
Captivitas non ſolvit patriam poteſtatem 47.
Caſus fortuitus quis 176. *nunquam præſtatur ib.*
Cautio judicii firmandi cauſa qualis præſtetur 283. *& ſeq. à quibus* 284. *hodie qualis facienda ſit* 284. 285.
Codicillaris clauſula quid 149. *ejus effectus* 148.

Codi-

Codicillus quid 146. *cur & quando codicilli introducti ib. à quibus fieri poſſint ib. quotuplices ſint* 147. *quomodo teſtamento confirmentur ib. quomodo differant à teſtamentis* 147. 148.

Cognati qui 50. *hodie ejuſdem conditionis ac agnati* 53. 155. *quomodo olim ab inteſtato ſucceſſerint* 151.

Cognatio ſervilis 154.

Cognationis gradus quomodo numerentur 152. 153.

Collaterales quomodo ſuccedant 159. 160.

Collegia licita quando ſuccedant 161.

Commixtio quid 77.

Commixtarum rerum dominis quid Juris competat ib.

Commodati actio directa & contraria quæ 175.

Commodatum quid ib.

Communes res quænam 66.

Communi dividundo actio 216.

Communio abſque conſenſu inita quotuplex 215.

Compenſatio quid 221. *quando locum habeat ib,*

Concubina quæ 40.

Concubinatus licitus Jure Civ. 312.

Condictio certi ex mutuo 174.

Condictio indebiti quid 217. *quando ceſſet ib.*

Condi-

Conditio quid 117. *quotuplex* 118. *quibus heredibus cum effectu adjiciatur ib. ejus effectus in contractibus & ultimis voluntatibus quomodo differant* 184. *quando non differat obligationem* 185.

Confuſio quid, & quomodo per eam dominium acquiratur 76.

Confuſio, ut modus extinguendæ ſervitutis, quid 90.

Confuſio, ut modus tollendæ obligationis, quid 220.

Conjuges quando ſuccedant 161.

Conjunctio heredum & legatariorum quot modis fiat & quomodo 135.

Conſenſus quænam ſint requiſita 38. *contrarius quomodo & quas tollat obligationes* 220.

Conſilium quid 30.

Conſtituta pecunia de eaque actio 268.

Conſtitutio Principis quid 23. *quotuplex* 24.

Conſtitutum quid à fidejuſſione differat 268.

Conſuetudo legem imitatur 25.

Contractus quid 172. *quotuplices ſint contractus ib. innominatorum ſpecies ib. quomodo hi à nominatis differant ib.* & 173. *nominatorum ſpecies* 173. *re initorum ſpecies* 174. *contractuum requiſita* 173.

Contractus qui & quomodo conſenſu ineantur 200.

Con-

Contrectare quid 223.
Culpa quid 176. *ejus ſpecies & circa ſingulas regulæ ib.&* 177.
Cura quid 56. *tantum eſt dativa ib.*
Curatores non recipiunt inviti adoleſcentes 57. *qui eos ipſi petebant ib. quando dentur pupillis ib. quæ actiones contra eos dentur* 60.

D.

Damnum injuria datum quid 228. *quæ inde detur actio* 229. 230.
Dare quid 185.
Debetur nobis, interdum etiam de eo quod noſtrum eſt dicitur 240.
Defenſor quis 282. *ſine ſatiſdatione non admittitur* 285.
Delegatio quid 210.
Deliberandi jus à quo detur, ad quod tempus, & quo effectu 129. 130.
Delictum quid 222. *privatum quid ib. delictorum privatorum ſpecies* 223. *de iis etiam criminaliter agi poteſt* 222.
Depoſiti actio directa & contraria 179.
Depoſitum quid 178. *ejus quæ ſint ſpecies ib.*
Diviſionis beneficium quid 196.
Divortium quid 39 *bona & mala gratiâ olim ib. quænam ejus juſtæ ſint cauſæ ib.*
Dolus quid 176. *ſemper præſtatur ib.*

Dolus

Dolus dans cauſam contractui & incidens quid differant 249.

Dominium quid 69. *quotuplex ib.* & 70. *quibus modis acquiratur Jure gentium* 70. & *ſeqq. quibus Jure Civ.* 71. *nudis pactis non transfertur* 75. *per quos & quatenus acquiratur* 100. & *ſeqq.*

Dominus priſtinus rei per acceſſionem alteri acquiſitæ quomodo indemnis ſervetur 79. 80.

Donatio quid & quotuplex 94. *quando revocari poſſit ib. quando inſinuanda ſit ib.*

Donatio mortis cauſa quæ 194. 195. *in quibus legato ſimilis & diſſimilis ſit* 95. *differt à mortis cauſa capione* 95. 96.

Donatio propter nuptias quid 96. *doti hodie congruit ib.*

Donationis pactum hodie legitimum olim non 97.

E.

Edicta prætorum quale Jus 24.

Emancipatio quid & quotuplex 46. *quando præſumatur ib. alterutro invito non fit ib.*

Emphyteuſis qualis contractus 207. 208.

Emphyteutæ Jus quale ſit 208. 209. *quomodo acquiratur* 209.

Emphy.

Emphyteuticaria actio 208.
Empti actio 203.
Emptio venditio quid 200. 201. *quando perfecta ſit* 201. *quando conſummata* 202. *ejus requiſita ib.* & *ſeq. rei alienæ rectè ſit* 203. *quomodo differat à locatione* & *conductione* 205. 206.
Exceptio quid 286. *quotuplex ib.*
Exceptionis non numeratæ pecuniæ effectus 198. 199. *quando ceſſet* 199.
Exceptionis ope quibus modis obligatio tollatur 221.
Exceptiones variæ reſpectu cauſæ 287. *perſonarum* & *circumſtantiarum* 288. *modi procedendi ib. in rem vel perſonam vel mixtæ* 290.
Exceptiones dilatoriæ vel peremptoriæ quando ſint proponendæ 289.
Exceptiones quando in b.f. quando in ſtr. Jur. Judiciis proponendæ olim fuerint 248.
Exceptiones plures allegari poſſunt 290.
Exceptiones quàndo extinguantur 290.
Exceptionum æquitas naturalis 286.
Excuſatio tutelæ vel curæ quid 61. *quænam ejus requiſita* & *juſtæ cauſæ ib* & *ſeqq.*
Exercitor quis 271. *an ex contractu magiſtri agat* 271. 272.
Exercitor navis, cauponæ, ſtabuli quomodo ex ſuorum miniſtrorum & *aliorum furto teneatur* 237.
Exer-

Exercitores plures quomodo teneantur 271.
Exercitoria actio 271.
Exheredatio quid 110. *ejus effectus* 111. *quot & quibus de cauſis recte fiat ib. & ſeqq. & quomodo* 113.

F.

Faciendi verbum in ſtipulationibus etiam non facere comprehendit 185.
Falcidia lex v. Lex Falcidia.
Falſum quid 315. *ejus pœna* 316.
Familiæ erciſcundæ actio 216.
Feræ captæ quomodo noſtræ fiant & quamdiu maneant 72.
Fideicommiſſa quomodo relinquantur 144. 145. *quibus inutiliter relinquantur* 145. *favore magno prædita ib. an præſumantur ib. quomodo ſenſim confirmata ſint* 141. 142.
Fideicommiſſariæ ſubſtitutiones quouſque fiant 143.
Fideicommiſſo obnoxia bona an alienentur 144.
Fideicommiſſum quid & quotuplex 141. *ſingulare quid* 146.
Fidejuſſor quis 194. *cui obligationi & in quantum accedat* 195.
Fidejuſſores quas habeant & quæ in eos competant

petant actiones 195. 196. quibus beneficiis gaudeant 196. 197. quando hæc ceſſent 197.

Filiifamilias quænam olim patri acquiſiverint quænam hodie 33. puberes alteri quomodo obligentur 191. 192.

Filiifam ex quibus cauſis obligentur ex quibus non 280. 281. quomodo ex delictis conveniantur 276.

Finium regundorum actio 277. 278.

Fiſcus quomodo vacantem hereditatem occupet 161.

Fæturâ quid acquiratur 76.

Fructus ex alieno percepti cui cedant 78. pendentes fundi pars eſſe videntur ib.

Fructus quoſnam bonæ fidei poſſeſſor lucretur 78. 259. quid de iis juris in petit. heredit. 278.

Furti actio 225. 226. quando ceſſet 226. pœna ex Conſtit. Car. V. 226. 227.

Furtum quid 223. ejus requiſita ib. & ſeq. quotuplex 224.

Furtum liberorum hominum quomodo puniatur 226. 313.

G.

Genere legato cujus ſit electio 134.

Gradus cognationis quid 152. gradus quomodo numerentur 152. 153.

Gradus

Gradus veri in affinitate non dantur ſed quaſi gradus 153.

H.

Habitatio quid 87. *quomodo ab uſufructu differat ib.*

Habitator ob effuſa vel dejecta quomodo teneatur 236.

Hæreticorum pœna 310.

Heredes quinam inſtituendi neceſſario 110. 111. *voluntarii* 114, *quinam poſſint inſtitui vel non ib.* & 115. *quot poſſint fieri* 115. *in omnia onera & commoda defuncti ſuccedunt* 129.

Heredes neceſſarii, ſui & neceſſarii & ſui 128.

Heredis inſtitutio quid & quotuplex 110. *quid ad eam requiratur* 117. *pura & ſub conditione fit ib. cum adjectione temporis quid operetur* 118.

Hereditas quid 104. *quibus modis deferatur ib. quot & quæ ejus ſint partes* 115. *quomodo dividenda ſit* 116. 117.

Hereditas legitima quæ 149. *quibus olim delata ſit* 150. & *ſeqq. quibus hodie* 155. & *ſeqq.*

Hereditatem quando acquirat extraneus 128. 129. *quinam adeant, quinam ſe ei immiſceant* 128.

Hereditatis petitio directa 278. fideicommiſſaria 279. poſſeſſoria 280.

Hereditatis petitio in nonnullis ſimilis interdicto quorum bonorum 243.

Homicidii pœna 313. quando ceſſet vel mutetur ib.

Homines liberi aut ſervi 27. v. & Perſonæ.

Hoſtium res quomodo acquirantur 73.

I.

Impenſas quaſnam b. quaſnam m. fid. poſſeſſor deducat 259. 260. quaſnam b. f. poſſeſſor in petitione hereditatis deducat 278.

Imperium merum quid 304. 305. mixtum quid 304.

Incendiariorum pœna 314.

Inceſtuoſi an ſuccedant 158,

Infamia quid 301. Juris quæ ib. facti quæ 302.

Ingenuus quis 28.

Injuria quid 230. 231. ejus requiſita 231. quot modis & quomodo fiat 231. 232. quæ contra eam dentur remedia 232. & ſeqq. & quomodo tollantur 23[illegible].

Injuriarum agere qui poſſint 233. 234.

Inofficioſum teſtamentum quid 124.

Inſti-

Inſtitor quis 272.
Inſtitoria actio 272.
Inſtitutio heredis v. Heredis inſtitutio.
Inſtitutiones quid 19, *quando compoſitæ & confirmatæ ib. quid contineant ib.*
Inſula in flumine nata cujus fiat 75. *in mari nata cui cedat* 76.
Interdicta olim quid 291. 292, *eorum uſus hodie* 292. *quotuplicia ſint ib. quænam adipiſcendæ poſſeſſionis* 293 *& ſeqq. quænam retinendæ* 295. 296. *quænam recuperandæ* 296. 297.
Inteſtatus quis ſit 149.
Inventarii beneficium 130.
Inventarium quid ib. quomodo faciendum ſit 130. 131. *quæ ex eo utilitates redundent* 131.
Iter quid 82.
Judex quis 303. *pedaneus quis ib.*
Judex quomodo litem ſuam faciat 235. *male judicans dolo quomodo puniatur* 235. 236. *quomodo judicare debeat* 258. 305.
Judicia bonæ fidei 248.
Judicia publica quæ 306. *capitalia vel non capitalia* 308. *differunt multum à privatis* 306. *& ſeq. variæ eorum ſpecies* 308.
Judicis domum accuſatori vel reo introire illicitum 318.

Ju-

Judicis officium mercenarium 305. *nobile* 306.
Judicium quid à jure differat 239.
Juriſdictio quid 303. *quotuplex ib.* & *ſeqq. quouſque poſſit mandari* 304.
Juris objecta quæ 26. *præceptæ quæ* 20.
Juris ſtudium à compendio aliquo incipiendum 19.
Juriſprudentia quid 20.
Jus quid 20. *naturale quid* 21. *gentium quid ib. primævum* & *ſecundarium* 22.
Jus civile quid & *quotuplex* 22. *ſcriptum quid ib. ejuſque ſpecies* 22. 23. *non ſcriptum quid* 25.
Jus civile non facile mutandum 26.
Jus naturale, gentium & *civile quomodo differant ib.*
Jus publicum & *privatum* 20. 21. *utriuſque origo* 21.
Jus & *judicium quid differant* 239. *de in Jus vocando actio* 274. *de in Jus vocato vi exempto actio* 275.
Jus accreſcendi quid 97. 135. *quando obtineat* 136.
Jus cretionis quid 129.
Jus deliberandi v Deliberandi Ius.
Jus in re & *ad rem* & *Juris in re ſpecies* 69.
Jus rerum v. Rerum Ius.
Jusjurandum quid 268. *quotuplex* 268. 269.

ex

ex voluntario jurejurando quæ detur actio 269.
Jusjurandum calumniæ quid 300. *ejus capita* 301.
Juſtitia quid 20.

L.

Legata hodie omnia exæquata inter ſe 134. *& fideicommiſſis ib. quomodo extinguantur adimantur & transferantur* 138. 139. *quomodo minuantur* 139. 140.
Legatarius quando dominus fiat rei legatæ 137.
Legati dies quando cedat 136. *legati nomine quænam actiones dentur* 137
Legatum quid 132. *quæ in eo conſideranda ib. & ſeqq. tempore teſtamenti inutile poſtea non convaleſcit* 133.
Legitima quid 126. *quibus debeatur ib. ejus quantitas* 127.
Legitimati parentibus quomodo ſuccedant 156. 157.
Legitimatio quid 40. *ejus quot modi & quis cujuſque effectus* 40. 41.
Lex quid 23. *ſubſiſtere poteſt ſine ſcriptura* 22.
Lex Ælia Sentia 29. *& ſeq.*
Lex Aquilia quid & quæ ex ea actiones dentur 229. 230.

Lex Cornelia de falſis 315. de ſicariis &c. 313.
Lex Fabia de plagiariis 317.
Lex Falcidia quid 139. quænam in ea ſint ſpectanda 140. quando ceſſet 141.
Lex Fuſia Caninia 31.
Lex Julia de adulteriis 310. 311. de ambitu 318. de annona 319. de reſiduis 319. de vi publica & privata 316. peculatus 317. repetundarum 318. 319.
Lex Pompeja de parricidiis 314.
Lex ult. C. d. Edict. Div. Hadrian. toll. & quodnam ex ea ſcripto heredi competat remedium 294.
Libellus famoſus quid & ejus pœna 232.
Liberi quotuplices 28.
Libertas quid 27.
Libertini qui 28. cujus olim fuerint conditionis 29. cujus ſint hodie ib.
Libertorum aſsignatio 154. ſucceſsio ib.
Litem ſuam quomodo Judex faciat 235.
Literarum obligatio 197. 198. 199.
Litigantium temere pœnæ 299. & ſeqq.
Locati actio 206.
Locatio conductio quid 205. proxima emptioni & venditioni ib. à qua in quibus differat ib & ſeq.
Lucrum quando intelligatur 211.

M.

Magicæ incantationes 313. 314.
Majeſtatis læſæ crimen 308. quotuplex 309 ejus pæna ib. multa in eo ſpecialia ib. & 310.
Mandati actio directa & contraria 213.
Mandatum quid 212. quotuplex ib. quorum gratia contrahatur ib. quot modis ſolvatur 213.
Manumiſſio quid 28. quot modis facta ſit ib.
Manumittere quibus & quando non liceat 29. 30.
Matrimonia quot modis ſolvantur 39.
Meretricum quæſtus Jure civ. licitus 312.
Minor res ſuas alienare nequit 98. ſine curatore quomodo obligetur 191.
Miſſio in bona quomodo hodie fiat 167.
Monetæ falſæ cuſorum pæna 316.
Mors naturalis vel civilis 45.
Mortis cauſa capio quid 95. 96.
Mortis cauſa donatio v. Donatio.
Mutuum quid & quæ inde actio 174.

N.

Naturales liberi qui 40. quibus ſuccedant 157.

Negatoria actio 264. *quando locum non habeat ib.*

Negotiorum geſtio quid 214.

Negotiorum geſtorum actio directa 214. 215. *contraria* 215. *quando ceſſet ib*

Notio in genere dicta differt à nuda notione 303.

Novatio quid 219. *quotuplex ib.* & *ſeq. quando facta intelligatur* 220.

Noxalis actio 275.

Nullius res v. Res nullius.

Nuptiæ quid 34. *earum requiſita* & *qui eas poßint contrahere qui non* 35. & *ſeqq. uſque ad* 39.

O.

Oblatio curiæ quid 40.

Obligatio quid 167. 168. *quæ ejus ſpecies,* & *qui ſingularum effectus* 168. 169. 170. *unde oriatur* 171. *per quos nobis acquiratur* 217. 218. *quibus modis tollatur* 218. & *ſeqq.*

Obligatio literarum vetus & *nova* 197. & *ſeqq. verborum olim quot modis facta ſit* 181.

Obſignatio quid 221.

Occupatio quid 71. *quomodo per eam dominium acquiratur* 72. 73.

Optione

Optione legata quid poſſit eligi 134.
Ordinis beneficium quid 196.

P.

Pactum quid 171. *nudum quid & quid operetur ib.*
Parentis loco eſſe quid 36.
Parricidium quid 314. *quotuplex ib. ejus pœna* 314. 315.
Patria poteſtas quid 32. *qualis olim fuerit, & nunc ſit ib. ejus varii effectus* 33. *quot modis acquiratur ib. & ſolvatur* 45. *& ſeqq. ad matrem non pertinet* 33.
Patriciatus quid 46.
Pauliana actio 266. 267.
Pauperies quid 276. *actio de ea quæ ib. ædilitia de ea actio* 277.
Peculatus quid & ejus pœna 317.
Peculium quid 100. *quotuplex ib. profectitium quid* 101. *adventitium quid ib. caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe* 102. *ſervorum ib. Actio de peculio* 272. 273. *quando annalis ſit* 273.
Perſonæ quotuplices 27. *ſui & alieni Juris* 31. *alieni quot modis ib. ſui quot modis ib.*
Petitio hereditatis v. Hereditatis petitio.
Pictura non cedit domino tabulæ 77. *ſed illi utilis ejus datur vindicatio* 80.

Pignoratitia actio directa 180. *& contraria* 181.
Pignus quid ſit 180.
Pignus quomodo poſſit & debeat diſtrahi 99.
Pignus ut Jus in re quomodò conſtituatur 265
Pignus ab Hypotheca quomodo differat 265. 266
Plagium quid 317. *ejus pœna ib. &* 318.
Plebiſcitum quid 23.
Plebs quæ 23.
Plus petitionis pœna 287.
Pœnæ à maieſtate intendi & remitti poſſunt 227.
Polygamia ſimultanea capitale crimen 34.
Poſſeſſio quid & quotuplex 298. 299. *quomodo acquiratur, retineatur & amittatur* 299. *quomodo per ſervum domino acquiratur* 102
Poſſeſſio injuſto modo amiſſa quomodo recuperetur 297.
Poſſeſſio bonorum v. Bonorum poſſeſſio.
Poſſeſſor b. fid. quid per ſervum alienum aut aut liberam perſonam acquirat 103.
Poſſidens quando agat 264.
Poſſidere pro herede vel poſſeſſore quid 279.
Prædia ruſtica & urbana unde appellentur 82.
Prædium dotale à marito alienari nequit 98.
Præiudiciales actiones unde dicantur 262. *earum ſpecies* 262. 263.

Præ-

Præſcriptio quomodo procedat 93.
Præſtare dolum culpam caſum quid 176.
Præteritionis effectus 111.
Prætor heredem facere nequit 162.
Pretium in emptione quale requiratur 202.
Princeps quibus legibus ſolutus ſit, quibus teneatur 14.
Pro herede poßidere 279.
Pro poſſeſſore poßidere ib.
Procurator quis 281. *judicialis quis* 282. *quibus in cauſis admittatur ib. quomodo ab advocato differat* 283. *actoris quando & de quibus ſatiſdet* 284. *rei quando & de quibus* 285.
Procuratores qui eſſe nequeant 281.
Puberes quando mares, quando fœminæ cenſeantur 35.
Publicæ res quænam 66.
Publicatio bonorum capitis damnatorum hodie ſublata 110.
Publiciana actio 260. *rei vindicationi ſimillima* 261.
Pupillaris debitor quomodo ſolvendo plenè liberetur 98. 99.
Pupillus quid ſine tutoris auctoritate poßit facere 55. *res ſuas alienare nequit* 98. *quomodo ex contractu obligetur* 190. 191.

Q.

Quarta Falcidia & de ea regulæ 140.
Trebellianica quid contineat 144. *quando ceſſet* 143. 144.
Quaſi contractus quid 214 *ejus* 5. *ſpecies ib. & ſeqq.*
Quaſi delictum quid 235. *ejus quatuor ſpecies ib. & ſeqq.*
Quaſi Serviana actio 265.
Quaſi uſusfructus quid 85. *quomodo differat á vero uſufr. & à mutuo* 86.
Querela inofficioſi quid 124. 125. *quibus detur* 125. *effectus ejus ib. quibus caſibus ceſſet* 126.
Quod juſſu actio 270.
Quod legatorum interdictum 294.
Quorum bonorum interdictum 293. *in quibus ſimile petitioni hereditatis ib.*

R.

Rapina quid 227.
Raptor quis, & quæ contra eum dentur remedia 227.
Raptus virginis pœna 316.
Rei promittendi duo pluresve qui 186. *quid Juris iis & contra eos ſit* 187.
Rei ſtipulandi duo, pluresve qui 186. *quid*

iis

ius & adverſus eos juris competat ib.
Rei vindicatio directa 259. *utilis* 260.
Religioſæ res quæ 68.
Religioſus locus quomodo fiat 68.
Replicatio quid 291.
Rerum jus quotuplex 69.
Res communes 66. *corporales & incorporales* 81. *in patrimonio noſtro & extra patrimonium* 66. *mobiles & immobiles* 81. *nullius* 66. *publicæ* 66. *religioſæ* 68. *ſacræ* 67. *ſanctæ* 68. *univerſitatis* 66.
Reſciſſoria actio 261.
Reſponſa prudentum 25. *quanta eorum auctoritas ib.*
Reſtitutio in integrum minorum 60. 61.
Retorſio injuriæ quid 234.
Reus de quibus hodie caveat 285.

S.

Sacræ res quæ 67. *alienari prohibentur ib.*
Sacrilegium quid 317.
Sacrilegorum pœna 310. 317.
Salvianum interdictum 294. *utilius actione Serviana* 295.
Sanctæ res 68.
Satiſdatio tutoris vel curatoris quid 59. *à quibus præſtetur ib. v. &* Cautio.

Senatuſconſultum quid 23. *Claudianum* 167. *Macedonianum* 281. *Orphitianum* 151. *Pegaſianum* 142. *Tertullianum* 150. *Trebellianum, & ejus capita* 142. 143.

Sententia quomodo ſit ferenda 258. 305.

Sequeſtraria actio directa & contraria 179. 180.

Sequeſtratio quid 158. *quotuplex* 178. 179.

Servi unde dicantur 27. *quot modis fiant ib. qualis in eos olim fuerit dominorum poteſtas, qualis hodie ſit* 32. *ejuſdem omnes conditionis* 28.

Serviana & quaſi Serviana actio 265. 266. *quando iis præſcribatur* 266.

Servilis cognatio 154.

Servitus quid 27. *pœnæ ſervitus hodie ſublata* 110.

Servitus (à ſerviendo) quid 82.

Servitutes quomodo acquirantur 88. 89. *quibus modis amittantur* 89. *& ſeqq. quando conſtitutæ intelligantur* 89.

Servitutes prædiales quotuplices 82, *ruſticæ quæ ib. urbanæ quæ* 83. *earum natura quæ* 84. *prædiales poſſunt fieri perſonales ib.*

Servus quomodo hereditatem adeat 102. *& poſſeſſionem acquirat ib. ex delicto quando ipſe conveniri, vel accuſari queat* 276.

Simonia quid 318.

Socie-

Societas quid 209. *univerſalis quotuplex ib. & ſeq. ſingularis quænam* 210. *quot modis ineatur ib. quomodo in ea partes lucri & damni definiantur* 211. *quomodo ſolvatur ib.*

Sodomiæ pœna 312.

Solutio quid 218. *quomodo fieri debeat ib. debitoris pupillaris quomodo eum liberet* 98. 99.

Specificatio quid 76. *quomodo per eam dominium acquiratur ib.*

Sponſalia quid 33. *de præſenti & de futuro ib.*

Spurii quibus ſuccedant 157. 158.

Stipulatio unde dicta 181. *quid* 182. *ejus requiſita ib. firmat alias obligationes ib. à quibus non poſſit contrahi* 190. *& ſeqq. alteri quando recte fiat* 192. *in ſcripturam redacta quid operetur* 193. *à ſervo facta quid efficiat* 187. 188.

Stipulatio certa & incerta 182. *conventionalis, prætoria, judicialis & communis* 188. 189. *cum conditione* 184. *dandi & faciendi* 185. *in diem & ex die* 183. *principalis & acceſſoria* 194. *pura & non pura* 182.

Stipulatio quot modis inutilis ſit 189. *& ſeqq.*

Stuprum quid 312. *ejus pœna ib.*

Subſtitutio quid 119. *pupillaris quæ* 120. *unde*

unde orta ib. quando fieri poſſit 121. *tacite fieri poteſt* 120. *quando exſpiret* 121. *quaſi pupillaris* 121. *reciproca quæ* 119. *vulgaris quæ ſit & quomodo fieri poſſit ib.*

Subſtitutionis plures gradus quid efficiant 119.

Subſtitutus ſervo alieno, quem liberum putabat teſtator quid accipiat 120. *pupillariter non tenetur creditoribus hereditatis paternæ ib.*

Succeſſio legitima v. Hereditas legitima.

Suſpectus tutor quis 63. *& de crimine ſuſpecti* 64. *cauſa ſuſpecti poſtulationis quæ ib. effectus* 64. 65.

Suſpenſa periculoſe, & quæ inde actio 237.

Syndicus quis 282.

T.

Teſtamenta unde orta ſint 104. *privilegiata quænam* 105. *ſolennia ſcripta vel nuncupativa: de utriuſque requiſitis* 106. 107. *quænam ſint ipſo jure nulla* 122. *quomodo rumpantur* 122. *& ſeqq. vel irrita fiant* 124.

Teſtamentorum forma jure veteri & novo 105

Teſtamentum quid 104, *quinam id facere poſſint, vel non poſſint* 108. 109. *quando valeat ut codicillus* 148, *quid differat à codi-*

codicillo 147. 148. *ejus fundamentum heredis inſtitutio* 110.
Teſtamentum inofficioſum quid 124.
Teſtamentum militare quomodo fiat 108 *ejus effectus ib. nō ſubjacet querelæ inofficioſi* 111.
Teſtatus & inteſtatus nemo poteſt deceßiſſe 116.
Theſaurus quid 72. *inventus cujus fiat ib.*
Tigno juncto quænam remedia competant 80.
Traditio quid 73. *quotuplex ib. nuda quæ* 74. *vera quæ* 73. *quaſi traditio quid ib. per fictionem brevis manus quæ ib. ſymbolica quæ ib.*
Traditionis requiſita 74.
Tranſactio in judiciis publicis quando ſit prohibita 307.
Tributoria actio 273.
Tutela quid 47. *quotuplex ib. teſtamentaria quænam* 47. 48. *quaſi teſtamentaria ib. legitima quænam* 50. *legitima patronorum & parentum* 52. *fiduciaria* 52. 53. *quot modis finiatur* 55.
Tutela hodie matri & aviæ committitur 53.
Tutelæ actio directa & contraria 215.
Tutores quinam teſtamento dari poßint 48. 49. *& quomodo* 49. *quomodo & à quo magiſtratu dentur* 53. 54. *eorum officium quodnam* 54. *quænam pupillis dentur actiones contra eos* 60. *ſuſpecti qui v.* Suſpecti.

V.

Vectigalis novi inſtituti pœna 318.
Venditæ rei & nondum traditæ periculum & commodum cujus ſit 204.
Venditi actio 204.
Venditor an loco rei præſtando intereſſe liberetur 203. 204.
Veneficorum pœna 313. 314.
Verborum obligatio v. Obligatio verborum.
Via quid 83.
Vis publica & privata quomodo puniatur 316.
Unde vi interdictum 296. 297.
Univerſitas quid 66.
Uſucapio quid 91. ejus requiſita ib. & ſeq. in quibus rebus locum non habeat 92. in re à fiſco empta non requiritur 93. quomodo hodie facile reſcindatur 261.
Uſufructuarius quomodo fructus acquirat 79. quomodo per ſervum fructuarium acquirat 103. Jus percipiendi fructus alteri poteſt cedere 87.
Uſuræ quomodo in judiciis b. fid. vel ſtr. juris debeantur 248. 249.
Uſus quid 86. quomodo ab uſufructu differat ib. & ſeq.
Uſusfructus quid 85. quomodo à quaſi uſufructu differat ib. & ab uſu 86. 87. & ab ha-

habitatione 87. quorum bonorum patri & matri acquiratur uſufructus ipſo jure 88. quomodo extinguatur 90.

Vti poſsidetis interdictum 295. quis eo vincat 296.

Utrubi interdictum 296.

FINIS.

Digitized by Google

N

Digitized by Google